bateqꝫ loquētes potiꝰ ꝑcutiūt ꝛ ꝑcidūt. ꝛ dū lucem vere cognitōis in fundere deberēt: tenebras erroris potiꝰ ingerūt Auditoribusqꝫ q̄s sanare debuerant tenebras erroris potius ingerūt. Auditoresqꝫ q̄s sanare ꝛ reformare debuerāt: aure intelligētie dānatos aut vulneratos vel mutilatos remittūt. His tñ q̄s illi vulnerauerūt dn̄s iesus ꝑ extēsiōez manꝰ. i. mīe largitatē sanitatē nōnūqꝫ restituit. Dicit̄ etiam malchꝰ annūciās dcliatōez. q̄ eñ ꝑus leg̃ obſuātiā annūciabat: mō annūciat dclinādū ab ea. vl̄ qꝛ iudaicꝰ ꝑplus ex lege maxīe timorez annūciabat in q̄ declinat̄ a malo. vt legit̄ Prouerb. xvj. In timore dn̄i declinat̄ a malo. ꝛ in. xiiij. eiusdē. Timor dn̄i fōs vite vt declinet a ruina mort̄. Uel annuncians declinatōem ipsaz legis lr̄am q̄ declinatio erat a recto nō rectitudo: eū tñ ille ꝑ rectitudine annūciabat Hoc ip̄m ad prudētiā carnis et ad alia q̄ dixīmꝰ referēduz ē. Illa eñ annūciat q̄ eis cecati atqꝫ repleti sunt. De abūdātia eñ cordis os loq̄t̄. vt legit̄. vj. luce. Intelligit̄ et ista ꝑcussio petri īpatiētiū vindicta quā ī ꝑsecutores suos exercēt. Gladius aūt ītelligit̄ ꝗm h̄ ptās nocēdi. Gladiū istum nunq̄ꝫ ꝑcepit dn̄s educere in nouo testamēto Legiꝰ q̄dē qꝛ petro dixit (Cōuerte gladiū tuū in vaginā) Nusq̄ꝫ aūt dixit educ vel exere. Ad educēdū tñ vl̄ exerēdū nō expectat̄ dei mādatū sed neqꝫ mādato dei ī vagīaz eductꝰ remittit̄. Perpauci eñ sūt q̄ in gladio ligue: si aliuz ñ hn̄t saltē ꝑsecutores suos ñ ꝑcutiāt. Et postq̄ꝫ hm̄ōi gladium eduxerāt ꝑ īpatiaz ad ꝑcutiēdū. vix ꝑ patiētiā et mīaz ī vagīnā mittūt. Quid q̄so faceremꝰ si autoritatē ꝑcutiēdi ī gladio ex euāgelio haberemꝰ Abolita eēt penitꝰ et elimīata a nob̄ patiētia. qn̄ etiā ñ ꝑcipiente dn̄o vt gladiū in ꝑsecutores nr̄os extēdamꝰ. ꝛ ꝑcipiēte vt eductū et extractū ī vagiaz remittamꝰ gladiū cōtinere qꝛ nō volumꝰ ñ valemꝰ Oēs vt idē ait dn̄s (q̄ acceperint gladiū gladio peribūt) Ip̄o q̄ppe gladio. i. quē īpatiēs ī ꝑsecutores exerit: ꝯfossus īpatie vulnere ꝑimꝰ ꝑit. Qui vt vestē alteriꝰ. i. corpus laceret: aīam suaz eodē gladio transfigit simul atqꝫ trāsuerberat Queādmodū eñ lingua detractoris vt dic

btũs Bern. gladi⁹ triceps est tres vno ictu occidens. scꝫ detrahentē. ꝛ audientē. ꝛ illũ cui detrahit. Sic ꝛ gladius impatientis gladi⁹ anceps est sive biceps. ipm in quē extēdit occidens corpalr. illũ vo a q̄ extendit spūalr. Conuerte inquit dñs ad oēm impatienteꝫ (gladiũ tuũ in vaginā) Sola eñ est patientia p quā gladius oīs vincit. Et sola est impatientia p quaꝫ gladius oīs vincit. Et vt ad vnuꝫ dicam⁹ Sola est impatiētia p quam aliq̄d pōt gladi⁹. Virtus eñ alieni gladij sola impatientia nostra est. Eadē etiā est et acumē alieni gladij. qꝛ p illā solaꝫ in aīas nostras penetrat. Impatientiā igit in psecutōe hre nihil aliud est q̄ꝫ virtutē ꝛ acumē gladio psecutoris adhibere. Auferre igit virtutē et acumen gladio pseq̄ntis: hoc est eidē patiētiā adhibere. Addisce o hūana infirmitas p patientiā ꝛ hostē inermē efficere aut saltem impotentē pcutere ꝛ gladiũ eius obtūdere. ita vt nō nisi vestē tuā. i. corp⁹ possit trāsfigere. Noli gladiũ hostꝭ acuere. noli eum fortiorē p impatiētiā tuam efficere. q̄ nihil habet fortitudinis: nihil acuminis nisi p impatientiā tuā. Et vt vno verbo totũ dixerimus: totum posse psecutoris aduersũ te īpatiētia tua est. totũ posse tētatoris cessio tua ē. (An putas qꝛ nō possem rogare patrē meum et exhiberet mihi plusq̄ꝫ duodecim legiones angelorũ) q̄si di. stulte. vi ꝛ gladio passionē ꝛ mortē meam conaris auertere ꝑ q̄ declināda nec pces ad patrē volo fundere. In q̄ Moralr arguunt q̄ ad vindictā ꝓni sūt. ad patiendũ vo tardissimi. et illi q̄ etiā ad iniurias dei vindicandas q̄dam zelo rectitu⁊dinis accēsos se credūt: nō attēdentes qꝛ deus ad patiēduꝫ ꝓmptissim⁹ ē. ad vīdicādũ vo tardissim⁹ Ita vt eius iniurie ꝛ cōtumelie extreme iudicent ꝛ vindicent. hmōi hoib⁊ si plenitudo ptātꝭ ꝯcessa esset: locũ diuia iudicia nō hrent. oīa eñ añ diē pfixũ a dño ipi ꝛ iudicarēt ꝛ vīdicarēt. Attēdēdũ igit est ꝛ iudicib⁊ et potestateꝫ vindicandi habētibus. quia vtilius et salubri⁹ nonnunq̄ꝫ vt aliq̄ tolerent q̄ꝫ vindicent. In ecclesie vo negocijs tunc demũ pcutienduꝫ est ī gladio

ptātis iudiciarie vel materia-
li:cū non habet aliud ecclesia
quod ad dei glīam ⁊ aīaꝝ sa
lutē faciat. Extrema em̄ est in
medicis mēbroꝝ eoꝝ precisio
Unde ve eis q̄ illā p̄mā faci
unt mederi volentes:et ab ea
īcipiūt q̄ finis debuit esse me-
dicandi. (Quō implebuntur
scripture) Ad lr̄am (scripture)
q̄bus generi hūano pax ⁊ re-
cōciliatio ad deū et salus eter
na p mortē dn̄i saluatoris ꝓ
missa est. Facto igit̄ ⁊ si nō in
tentione cōtra dei ꝓmissionē
agebat petrꝰ:dū passionē im-
pedire volebat.redēptionē ge
neris hūani.duꝫ p̄cī solutōeꝫ
Salutē dū calicis et medicīe
bibitōem. Recōciliationē:dū
tanti sacrificij oblatōem. Pa
cem:dū oīm iniuriaꝝ emēdaꝫ
et satisfactōem impediebat.⁊
q̄ntum in se erat auertebat.

Moralr̄ ꝓo subtiliter argu
itur Petrꝰ ⁊ in eo oēs īpatien
tes. Cum em̄ plenitudo legis
sit dilectō. vt legit̄.xiij. ad Ro
ma.⁊ in.vj.ad Gal. Alter al-
ter alteriꝰ onera portate et sic
adimplebit̄ legē xp̄i. In.xiij.
ꝓo prime ad Coꝝ. Charitas
patiens est:benigna est. mani
festum est q̄a patiētia magna
pars est ⁊ plenitudo leḡ. Sꝫ
et exp̄sse mādatū patientie le-
git̄ Leuitici.xix. Nō q̄ras vl
tionē:nec memor eris iniurie
ciuiuꝫ tuorū. Charitas vt ait
Greg. patiēs est vt malos tole
ret. benigna est vt etiā q̄s por
tat amet. Ab impatiētibꝫ igit̄
scripturas impleri p obedien
tie iusticiā impossibile est. Po
test et illud dici qꝛ patientia p
fectio est et plenitudo iusticie.
Maius em̄ eē videt̄ mala ir-
rogata equaliter aut gratāter
ferre q̄ꝫ bona facere. eo qꝛ dif-
ficiliꝰ atqꝫ molestius. Recte
ḡ arguēs Petrū dn̄s (Quō ḡ
implebunt̄ scripture) q̄si dice
ret:nō sine patientia implebū
tur. (Quia sic oportet fieri) iu
xta lr̄am patientiā exhibe. (cō
uerte gladiū tuum in vaginā
quia sic oportet fieri) vt scꝫ vi
des fieri Oportebat em̄ xp̄m
pati ⁊ resurgere a mortuis vt
ipsemet dicit in vltimo Luce.
Oportebat vt calicem potio-
nis biberet celestis medicꝰ ꝓ
mundo egrotāte. sic inquam
oportebat fieri. qꝛ fieri exige-
bat nostre miserie cōueniētis-
sima saluberrimaqꝫ sanatio.
Fuit q̄dē ⁊ alius modus deo
possibilis vt ait Augꝰ. sed iste

nostre miserie sanãde cõueni
entior. Erat q̃ppe miseria ge-
neris hũani ⁊ egritudo maxi
me in duob⁹ q̃ ad culpã. In
hoc scꝫ q ab amore dei frigu-
erat: et in eo cõfidere eiqꝫ inni
ti fiducial'r nõ valebat. Ad q̃
duo sananda nihil potuit co
gitari cõuenienti⁹: nihil potu
it adhiberi efficaci⁹. Hoc em̃
vno beneficio dñice passiõis
spe imobili ⁊ imutabil'r infir-
mitatis hũane firmat̃ hesita-
tio: velut pignore securissimo
et argumẽto certissimo. Illo
etiã eodẽ accendit̃ hũana fri-
giditas ⁊ tepiditas. Neqꝫ em̃
diuine dilectõis camin⁹ ma-
iorẽ flãmã quã in cor hũanuꝫ
mitteret habuit. Sic ipa ve-
ritas i. xv. Johis testat̃. Ma
iorẽ hac dilectionẽ nemo ha-
bet vt animã suam ⁊c. Vide
igit̃ hũana incredulitas ⁊ dif
fidẽtia: nec in dei thesaur⁹ pi-
gnus fuisse securi⁹ cui imuta-
biliter incũberes. nec i dei loi
ca argumentũ certi⁹: cui idu-
bitabil'r crederes. ⁊ q̃ntum te
deus diligeret: et in omni ne-
cessitate q̃ntuꝫ tibi subuenire
pat⁹ esset: q̃ ꝓprio filio suo nõ
pepercit sed ꝑ te tradidit illuꝫ
in. viij. ad Roma. Hoc igit̃ ti
bi factũ est vt tante miscõle tã
ꝓciosum pignus tã validũ ar
gumẽtũ omniũ alioꝝ. bñficio
rum spem tibi pareret et fideꝫ
et tãta diuine dilectõis flãma
cor tuum ad deum reamãdũ
accẽderet: in q̃bus duob⁹ po
tissimũ ꝯsistit nostre salut⁹ in-
tegritas. Moral'r ꝑo (Sic
oportet fieri) id est pati. est em̃
nunc tẽpus patiẽdi dño ⁊ su-
is. sed erit tandẽ tẽpus vindi-
ctã faciendi dño ⁊ iudicãdi si
militer ⁊ suis. Sicut ipe dicit
in ps. Cũ accepo tẽp⁹ ego iu-
sticias iudicabo. Vñ in eodẽ
Ad faciendã vindictã in na-
tionib⁹. Hoc idem est qd ipse
xxij. luce. Sinite vsqꝫ adhuc
nõ tã seuire pctõres q̃s seruire
patiẽtib⁹. Necesse ẽ hic thau-
ros ⁊ altilia occidi et ꝑparari
ad nuptias. De quo in. xxij.
Mathei. Necesse est hic gra
na mortificari vt fructũ mul-
tũ afferant. sicut dr in. xij. Jo
hãnis. Necesse est hic metal-
la ꝓbari: vasa fabricari: rubi-
ginata elimari: vestes ablui:
terram fodi ⁊ atteri vt fructifi
cet. Necesse est hic messeꝫ tri-
turari ⁊ vuas ꝑmi. Necesse ẽ
in estu tẽtationũ ꝑsentiũ dum
noxij feruescũt hũores: potio

nes amaritudis q̃si absinthi-um bibere. Unð Trenoꝝ.iij. Repleuit me amaritudib⁹ et inebriauit me absinthio. Et Jeremie.ix. Ecce ego cibabo populũ meũ absinthio in potum dabo eis aquã fellis. Diligenter aũt notãdũ est id qð addit Johes in.xviij. (Calicẽ quez dedit mihi pater nõ vis vt bibã illum) quasi dicat nõ est timendũ de calice quẽ pater porrigit: gratãter atq͡ʒ gaudenter accipiendus est. Non est mortifera potio quã pater porrigit. Nec em̃ eam porrigeret amantissimus pater si illam mortiferã nosceret. In q̃ respõsione instruimur q̃d eis q̃ molestias ⁊ iniurias nobis illatas vi repellere volunt et auertere a nobis: respondere debeamus. Quis enim hoc sustineat rege etiã terreno porrigente sibi calicem: vt eaꝫ bibere prohibeat: ⁊ ab illo vi calicem auertat: aut forte etiam turpiter effundat. In hoc seruiunt nobis amici quos mũdus amicos vocat: rege scilicet celorum offerẽte nobis calicẽ: quasi toxicatus esset tota vi nõ sine dei cõtumelia a nobis auertũt: ipsosq͡ʒ nũcios ꝑ q̃s huiusmodi calix a deo nobis transmittit̃ toto odio ꝓsequunt̃. Calix nob a deo porrigitur quotienscunq͡ʒ nobis tentatio immittitur. sed per seipsum nobis illum porrigit dominus. per se: cũ tribulationẽ immittit id est nullo ꝓsequente: quales sunt egritudines et naturales defectus. Per nuncios ꝟo quotiẽs nos per ꝓsecutores exercet. Uñ Dauid xvj. primi Regũ. Cum Abysay vellet percutere Semey maledicentẽ illi dixit. Dimitte illum vt maledicat. dominus enim precepit ei vt malediceret Dauid. q̃si dicat. nuncius domini est: licet non intentione obediendi domino hoc faciat. Quis est inquit q̃ audet dicere. Cur hoc facis. Hoc et intellexisse videtur beatus Leonard⁹ q̃ videns leonẽ dentib⁹ frendẽtem ad se venientem ait illi. Si potestatẽ accepisti aliquid vlciscẽdi in me: vlciscere in nomine domini: paratus sum. Hoc idẽ Petrus in secundo prime canonice sue ostendit dicẽs. Subditi ⁊ subiecti estote omni humane creature ꝓpter deum: siue ducib⁹ tanq͡ʒ a deo missis.

Uides ergo īpatiētes q̄ꝫ male recipiāt. q̄ꝫ crudeliter ꝛ turpiter tractēt hmōi dei nūcios imo dei pincernas: ꝛ calicem dn̄i nobis tā sedulo tamq̄ꝫ officiose ex pte eius offerentes. Om̄i igiꝫ volēti vindicare iniuriam tibi illatā aut ꝯtumeliam Rn̄de(nō vis vt bibā illū)q̄si diceres. Times ne forte toxicat⁹ sit calix(q̄a sic oportet fieri) .i.hunc oportet bibi. Hic oportet bibi ad modicū ne in eternū bibaꝫ. Hic oportet bibi calicē momētanee tribulatōis:nō solum ad sanitatem.sed etiā ne mare eternarū amaritudinū tandē absorbere cōpellamur. (In illa hora dixit Jesus turbis Tanq̄ꝫ ad latronē existiꝫ cum gladijs ꝛ fustib⁹ comprehendere me) Nesciuerūt ad literā respondere turbe. Merito ḡ tanq̄ꝫ ad latronē exeūdū fuit q̄ p latrone Adā scꝫ ꝛ tota posteritate ei⁹ fideiussorē se dederat. quod ꝛ ipse Adam ꝛ posteritas eius in.xxxviij.Esaie perierunt.De hoc fideiussore diciꝫ Prouer.xx.Tolle vestimētum ei⁹ q̄ fideiussor extitit alieni ꝛ pro extraneis aufer ei pignus.qd̄ ꝛ ipsi fecerūt ad crucem eum suis vestib⁹ exuētes. Pignusq̄ꝫ nostre redēptōis.i. vitam p nobis assumptā abstulerūt ab eo. De hoc fideiussore legis exp̄ssius Ecci.xxix. Gratiā fideiussoris ne obliuiscaris.dedit em̄ aīam suam p te. Merito etiā tanq̄ꝫ ad latronē ad eū exierūt:q̄ oīa habebat latronis insignia.Primū.q꞉ vestē.i.carneꝫ. vn̄.viij. ad Roma. Misit deus filiuꝫ suum in silr̄itudinē carnis pctī Sacco etiā indut⁹ est ad modū ribaldi. Sicut ipsemet dicit in p̄s.Cōcidisti saccū meum.ꝛ p Job.xvj.Saccū cōsui sup cutē meam.i. mortalitatē ꝛ infirmitatē sup carnem. Cauteriū etiā latronis.id ē signaculū circūcisionis habebat:q̄ signaculo se latrones ꝛ latronū filios oēs circūcisi p̄dicabant Habebat ꝛ alia insignia latrocinij.Penalitates scꝫ hūano generi toti p latrocinijs Ade ꝛ Eue īflictas: velut cauteria q̄dam latrociniorum. Merito igiꝫ qui pelle latronis vt ita dicam⁹ se induit: inter latrones pependit: et cū sceleratis deputatus est. vt legiꝫ Esa.liij. Uꝫ pter hoc etiā q꞉ ipsemet furē se dic̄ Math.

xxiiij. Si sciret paterfamilias q̄ hora fur veniret ꝛc. Et apostol⁹ de eo i. iiij. ꝑme ad Thessal. Dies dn̄i sicut fur in nocte ita veniet. Quia igit̄ ꝛ pro furib⁹ spopōderat et tanq̄ furem se gerebat veste seu sacco insignijs atq̄ cauterio: ꝛ furē se ipemet dicebat: merito tanq̄ ad furem et latronē ad eū cōprehendendū exeūt. ꝛ hoc in mēbris suis. Unō ꝛ ali⁹ eum aure mutilat q̄ vnū scȝ ex mēbris eius. i. fidelib⁹ ei⁹ ab auditu verbi dei q̄cūq̄ mō auertit. Alius eum baculo ꝑcutit aut gladio q̄ quelibet ex suis ꝑsequit̄. Et vt vno ṽbo omia dicamus Nullus latro inhumani⁹: crudelius: ignominiosiusq̄ tractat⁹ est vnq̄ q̄ ip se hodie tractat̄. et spūal'r in ꝑsona sua. et corꝑal'r in membris Ab alijs mēbratim discerpit̄ atq̄ mordetur. ꝛ hoc spūal'r: a blasphemis scȝ ꝛ iurātib⁹. Alius ꝑ linguam eū mordet: duȝ ꝑ linguā blasphemādo iurat. alius per aurem. ꝛ ita de alijs Unde ꝛ q̄si vile cadauer. aut canis extrane⁹ m'ltitudini canū improbissimoꝝ absq̄ omi succursu ꝛ auxilio videt̄ expositus. imo vilius et abiectius. Quis em̄ canis mit̄atores et succursores nō haberet. quis em̄ lapidis ꝛ baculi nō ferret auxiliū vel ꝑsidiū: si eum m'ltitudo canū hoc mō discerpet. Uidemus ꝛ audim⁹ regē celorū sic discerpi morsib⁹ blasphemie iurantiū. morsib⁹ etiā iudeoꝝ. paganoꝝ. ꝛ hereticorū blasphemātiū. ꝛ tn̄ rar⁹ est q̄ ab ei⁹ morsib⁹ canes hm̄oi abigat. Si q̄s aūt ꝑsecutōes iniurias: contumelias: detractiones: liuores: et vulnera q̄ oīa in suis mēbris patit̄ bn̄ attenderet: ip̄m in mēbris suis vulnerari: fustigari: flagellari: depredari apertissime iudicaret. Hoc autē ideo diximus. q꞉ charitas q̄ nos diligit: oīa incōmoda suoruȝ sua facit. nō ꝑsonali passiōe neq̄ cōpassione q̄ꝝ neutrā admittit eterna illa in q̄ mō est etiaȝ ꝫm formā t̄ui felicitas: sed iusta vere fidelisq̄ amicicie reputatōe. Lex em̄ amicicie ꝑfecte sese amantiuȝ oīa decreuit esse cōmunia. et q̄s diligit nō aliter sui essent que eorū sunt. Moraliter ṽo turba viciorū ꝛ demonū ꝑ tētationē ad vnū quēcūq̄ q̄ tentat̄ exeūt cū gladijs ꝛ fustibus quos dixim⁹.

ideo tanq̄ȝ ad latronē: vt eum cōprehendant ꝛ ad infernale ducant suspēdiū. Vel ideo tanq̄ȝ ad latronē: si se latronem ꝑ ꝯsensum gesserit. Tu ergo q̄ tētaris dic cum dn̄o Jesu sp̄ualiter, id est recogita. quia tanq̄ȝ latro ab hmōi turba ad infernale suspendiū ducendus q̄reris. Exhorre fustes ꝛ gladios et turbā vite tue insidiantiū. Noli arridere vel applaudere gladijs ꝛ fustib9: captionem ꝛ mortem tibi intentantibus. Noli festinū occursū exhibere hmōi turbe: sed q̄ tanq̄ȝ latro ab ea quereris: tanq̄ȝ latro ab ea declina ꝛ effuge. ꝛ vt vulgo dicit: mitte te in altitudinē vt liber effugias. Noli osculari fustes ꝛ gladios delectatione et desiderio. Noli osculari funeȝ quo ligādus q̄reris ꝛ trahēdus ad infernale suspendiū. Funis est alligationis tue om̄e illud q̄ ad peccanduȝ traheris. Gladius est oē illud qd̄ tibi pctī vuln9 infligit Fustis est oē illud quod cor tuū constringit ꝛ conterit Noli ergo his applaudere vl' ridere delectatiōe vel gaudio Noli ea amplecti amore vel dsiderio. (Quotidie apd̄ vos erā docens in tēplo ꝛ non me tenuistis.) Pulcre eis insultat qui fustibus ꝛ gladijs vim ei facere ꝑsumebant: q̄si euȝ occidere possent: nisi vellet: qui habet mortis ꝛ vite impium. Insinuās eis qꝛ in solo tēplo inueniri: cōprehendi: atq̄ȝ teneri potest. Solo em̄ amore inuenit: cōphēdit: ligat: atq̄ȝ tenet. Sicut expresse dicit ad eū Esaias. lxiiij. Nō ē domine q̄ consurgat ꝛ teneat te. Sola est charitas q̄ eū vincere ꝛ tenere potuit. ꝛ cū omnia possit illa sunt vincla scȝ charitatis. q̄ nullaten9 dirūpe potest aut potuit Jlla est contra quā oīno nō pōt: ꝛ q̄ totuȝ in eū potest. Nō em̄ vinculis q̄bus corꝑaliter ligat9 est tenebat aut teneri potuit. neq̄ȝ clauis quibus affixus est ꝓhibitus ē aut ire aut moueri quo vellet. sed sola eū charitas alligauit: eum sic tenuit et affixit. Neq̄ȝ em̄ claui vel vincla ei9 voluntati resistere potuerunt cui subest cum voluerit posse Cui9 velle fecisse est. In solo ergo tēplo suo querendus est quia in eo solo inueniri et cōprehendi potest vt diximus: maxime cum docet. ꝑ doctri-

nam eum maxie inuenit̃ ⁊ maxime cõprehẽdit̃ ⁊ tenet̃. Templum aũt maxime ecclesia vel fidelis aĩa intelligit̃: in quibus deus adorat̃ et colitur in spiritu ⁊ veritate. sicut legitur in. iiij. Johis. In quo et insinuat non extra ecclesiã se esse querendũ. queadmodũ ⁊ ipe dicit in. xiij. Matthei. Tũc si qs dixerit vobis. Ecce hic est christus: ne credideritis. vl' ecce illic. De hoc vero qd dicit q̃tidie se esse in templo: illud attendendũ est. quia nõ in solis diebus pacis ⁊ psperitat̃ cu͂ electis suis est dñs Vñ. cum ipso sum in tribulatõe. Et vltimo Marci. Ecce ego vobis cum sum oĩb diebꝰ. (Hoc autẽ totũ factũ est vt implerẽtur scripture pphetarũ) Implerẽtur inquã pmissiones in ipsiꝰ exhibitõne veritatis. Uacua quippe vident̃ verba pmissiõis anteq͂ res ipa q̃ pmissa est exhibeat̃. Scripture pphetaru͂ iuxta lr͂a͂ de salute generis humani p mediatorẽ dĩ filiũ maxime sonuerãt. Et q̃cq͂d loq̃bant̃ pter istud solũmodo est dictũ. Totũ g qd circa iesum dñm factũ est: id certe factu͂ ẽ vt salus generi hũano in scripturis pphetaꝝ pmissa: eide͂ daret̃. Moraliter vero q͂a plenitudo legis christi est mutua hominu͂ portatio. sicut legit̃ vj. ad Gal. Alter alteriꝰ onera portate et sic adimplebitis legem christi. Et in eiusde͂. x. Dĩs lex in vno sermone impletur. Diliges pximu͂ tuum sicut teipm. Et ad Roma. xiij Plenitudo legis est dilectio. Ut hec plenitudo legis ⁊ scripturaru͂ fieret id est charitas dei in cordibꝰ hũanis accẽderet̃: totũ h factũ est. qꝛ pter h venit. sic ipemet dic̃ i. xij. Lu. Ignẽ veni mittere in terrã: et q̃d volo nisi vt accẽdat̃ Amari eni͂ q̃rens deꝰ qꝛ vnica erat via nr̃e salutis: pus amorẽ exhibuit et bñficio argumẽtoq͂ morte. s. quã p nobis ptulit qꝛ oẽm dubitatiõe͂ a nob excluderet oñdit. totũ igit̃ factũ est vt deũ amaremus. Mistice vero plenitudo scripturarũ intelligẽtiaꝝ est redũdãtia qua͂ eiꝰ passio nob fecit. sic in fine passiõis dicemꝰ Scpture igitur phaꝝ eo ipo vel semiplene vl' vacue appebãt qꝛ d eis passim haurire ñ poteramꝰ. sed eas xp̃s dñs vsq͂ ad sũmũ impleuit. qd ⁊ in ĩpletõe ydriaꝝ

in.ij. Jo͠his figuratũ fuit. vbi dicit͛ q͛ q͛ impleuerũt ydrias vs͛q͛ ad summũ. Propter hãc plenitudinẽ ꝑmittebat͛ nobis ꝑ Esaiaꝫ in.xij. Haurietis aq̃s in gaudio de fontib͛ saluatoris. Est ergo snĩa vt ꝓmissiones ꝓphetarũ implerent͛ re. et ĩchoatio sapĩe seu iusticie impleret͛ ꝑfectõne. ꝛ obscura lumine intelligentie cõplerent͛. vt eloq̃a ꝓphetarũ q̃ velut vasa semiplena erãt implerent͛ d̃ flumine cui͛ impetus letificat ciuitatẽ dei: aqua sapĩe salutaris. de qua legit͛ Ecc̃i.xv. Aq̃ sapiẽtie salutaris potauit illũ.

(Tunc discipuli omnes relicto eo fugierũt) Recte et pulcre vt solus mũdi p̃cium appendere appareret: vt solus ꝓpugnator generis hũani ꝛ aduocat͛ cãm ei͛ defendere. aut potius eã: iuxta istd̃. fecisti iudiciũ ꝛ cãm meã q̃ iudicas iusticiã: ostẽderet͛ facere. vt d̃ toto grege agnus elect͛ in sacrificiũ recõciliatõis generis humani solus assumeretur. Nõ eñ tam malicia ꝑsequentium q̃ꝫ dei patris electiõe solus q̃sit͛ est ꝛ comprehẽsus. Unde Esa. vj. Ecce seruus me͛ suscipiã eũ. electus meus cõplacuit sibi in illo anĩe mee. Si alij cũ illo cõprehẽsi essent ꝛ passi: nõ esset clarũ morte eius solã nostre redẽptiõis p̃ciuꝫ sufficiens: nostreq͛ recõciliatõis sacrificiũ extitisse. sed poti͛ alios in supplementũ assũptos: heretica fortasse suspicaret͛ ꝑfidia. Moral͛r aũt fuga apostolorũ: et dñi saluatoris relictio nobis ĩsinuat q̃ꝫ paucos habebat ad cõpatiendũ socios dñs. et si m͛ltos habeat ad cõregnandũ. fere oẽs delicati sum͛ sicut dicit btũs Hieronimus Delicat͛ es frater. et si hic vis gaudere cũ seculo et ĩ futuro regnare cũ xp̃o: nõ attendentes q̃a nõ est nobis regressus ad lignuꝫ vite nisi per cherubin ꝛ flãmeũ gladiũ atq͛ versatilem. sicut legit͛ in Genesi. Et q͛ nõ est vini intrare in cellariũ nisi ꝑ torcularis p̃ssuraꝫ. nec grana recipiunt͛ in horrea nisi ꝑ ventilationeꝫ et triturã. Sciẽdũ aũt est q͛ passio ꝛ tribulatio velut colatorium sunt: q̃ feces exteri͛ retinẽtes excludũt: id x̃o solum qd̃ purũ atq͛ ꝓbatũ est int͛ mittũt. Feces igit͛ manifeste se eẽ ostendũt q̃ foris in tribulatõibus detinent͛. Qd̃ autẽ dicit͛

(q2 relicto eo fugierũt) significanter addit. q̇dam em̄ tribulatões fugiũt: nec tñ illũ deserunt, sicut de Paulo legit q̇ p sportaȝ dimissus est cũ q̄reret ad mortem. ⁊ hoc p̄cepit dñs dicẽs Si vos psecuti fuerint in vna ciuitate fugite in aliaȝ Qui em̄ maiori vtilitati ecclesie seruare se volũt: nõ x̄pm fugientes deserũt: imo poti⁹ fugiẽtes acq̇rũt aut secum deferũt. Mirabilis aũt demẽtia vt equũ corpis ad horã vl' diem vel dies paucos seruet: deum pdet ⁊ seipm ⁊ equũ eterne pditõi addicit. tãtũ thesaurũ in modica custodia deserit vbi nec calcios suos dsereret Metus mortis hoc hȝ stulticie vt sp fugiat ⁊ nunq̄ȝ effugiat. p morte em̄ meli⁹ mors fugit ⁊ effugit. Ampli⁹ fugientibus morte q̇ fugiẽdũ erat nisi ad vitã. Nõ fugit morte q̇ deserit vitã Quid igit est (relicto eo fugierunt) nisi relicta vita fugierũt morte. Ipse em̄ dicit de se in. xiiij. Johis. Ego sum via veritas ⁊ vita. Obliti sũt oẽs sic fugiẽtes eius qd dicit Esaias. xxvj. Vrbs fortitudinis nostre syon. i. saluator. vrbem igit fortitudis sue reliq̄runt. Obliti sunt etiã eius qd dicit Dauid. Dñs fortitudo mea ⁊ refugiũ ⁊c. Deniq̄ȝ q̇a scriptũ est in p̄s. vita in volũtate eius. Ergo nõ meli⁹ aut q̄rit aut saluat vita. q̄ȝ q̄rẽdo volũtatem aut psistẽdo in ea. Amplius certũ est q2 tribulatiões nõ nisi tribulatõib⁹ vincunt. Ille em̄ sunt q̄ patiẽtiaȝ opant. vt legit. v. ad Roma. ⁊ in p̄mo Jacobi. Quid aũt est patiẽtia nisi scutũ et p̄sidiũ cõtra iacula tentationũ ⁊ tribulationũ: ⁊ velut aq̄ in qua oĩs ignis tribulatõis extinguitur Morte igit mors ipsa meli⁹ vincit qñ ipsa seipsam consumit. Qui in tribulatõe a x̄po dño recedit: in ip̄o ingressu regni celoruȝ ⁊ in ipsa ianua ab ipso recedit. pcul ergo dubio se nolle intrare ostẽdit. Hoc ẽ qd ipse dicit in vltimo Luce. Nõne oportebat x̄pm pati et ita intrare in gl'iam suã. Sil'r ⁊ illud in. xiiij. Act. Per multas tribulatiões oportet nos intrare in regnũ celoꝝ. qñ igitur intrabũt q̇ tãto tp̄e declinant atq̄ȝ fugiũt ip̄m regni introitũ atq̄ȝ vestibulũ et tribulatões. in quo manifestũ est q2 ipsi tribulatores atq̄ȝ psecu

tores velut improbi vel ipor/tuni sunt inuitatores q̄ hospites vi ꝛ violētia trahūt ad hospitiū. Inuitos em̄ nos in ipsas tribulatōnes aut mittunt aut ꝑtrahūt. et ꝓpter hoc in celestis pallacij atriū seu porticū. Nos igiꝛ inuitos trahunt ad celeste hospitiū ꝛ iteꝝ ī ipa porticu vel vestibulo nos statuūt. ne extra domū ꝛ atriū lupoꝝ ceterarūqꝫ bestiaꝝ infernalium morsibꝫ exponamur. In tribulatiōe em̄ sola tuti sumus. Sola em̄ est tribulatio q̄ velut ignis oēs bestias viciorū et in nobis mortificat si eas inuenerit: ꝛ a nobis arceat atqꝫ deterreat: si nō inuenerit. Si capi timebāt apostoli: redēptōnis sue pcīū ne dicā auctorē relinq̄re nō debebāt. hec est infidelitas nr̄a vt ī cāpo certaminis regē nostruꝫ ꝛ dn̄m solū deseram⁹ et q̄si hostibꝫ ip̄m tradam⁹. crimē nr̄e ꝓditionis ipsa fuga cōfitētes et sentētiā iusto dei iudicio in nos latā: gratā ꝛ ratā vt videtur hn̄tes. ad patibulum fugientes currim⁹: quasi patibulum ꝑ ipsa ꝓditiōe meremur: vltro q̄rētes ꝛ toto studio totoqꝫ cursu ad suspēdiū accelerantes. quo em̄ fugiꝛ a deo nisi ad infernale patibuluꝫ. hoc est effugiū ꝛ hoc ē euasio quā a deo fugientes inuenimus. hic est finis fuge quā malo timore abijcimus. Faciunt ad hec ea que de fide amicicie leguntur Ecci. xxij. Fidē posside cum amico in pauꝑtate illi⁹. et vt in bonis illius leteris: in tpe tribulatōis illi⁹ ꝑmane illi fidelis: vt ꝛ in hereditate illius coheres sis. Similiꝛ ꝛ illud in. ij. secunde ad Thimo. Fidelis sermo. nā si cōmortui fuerimus ꝛ cōuiuemus. si sustinebimus ꝛ ꝯregnabimus. Et in p̄mo secūde ad Choꝝ. Sicut socij estis passionū sic eritis et consolationū. Isti in parte volūt habere deū excōmunicatuꝫ: in bonis scꝫ tm̄ ei cōmunicantes: nihil impendentes deo quod non parati sint impendere diabolo. Qui em̄ tm̄ gaudere volunt cum ipso: non aūt pati. quis dubitat q̄n idip̄m parati sint impēdere diabolo. Hi sunt in fide ꝛ amicicia dimidiati: dimidij scꝫ amici et dimidij fideles. Iuxta p̄cedētes ꝓo expositiones morales vbi per discipulos intelligimus virtutes aut

vicia planū est q̄ vicia vnoq̄ q̄ relicto fugiūt: qui ad tentatiões vltro vadūt et eisdē spōte ꝛ gaudenter se tradunt honestatis ac sanctitatꝭ magistrꝭ atq̄ ministris doctoribꝰ scꝫ et ꝯfessoribꝰ siue ꝟtutibꝰ id est q̄ sponte et gaudēter vadūt ad crucem penitētie ꝛ ad mortē veteris hominis: in quo q̄ȝ facilis sit viciorum desertio atq̄ victoria euidenter ostenditur. Uisa enim turba cū gladijs ꝛ fustibus: deterriti apostoli aufugiunt. Ostende igitur turbam ꝟtutum vicijs tuis sed cum gladijs et fustibꝰ. Quidā em̄ turbā virtutū inermem ostendunt vicijs suis Alij ꝟo languidam ꝛ egrotātem. Alij ꝟo nec etiam ostendunt. Apud eos enim qui in tentationibus ad repellendū pigri: tardi: remissi: aut omnino mortui sūt. aut nullus apparet omnino virtutū gladiꝰ aut adeo remissus ꝛ inualidus q̄ potius ꝑludere et impotentes virtutibus vel viribus videātur q̄ȝ rebellare. Inde est q̄ turba viciorum aduersus eos fiducialiter agit. Inde est q̄ turba mlta cum gladijs et fustibus minuit hostis audaciam. Appareat igitur apud te non solum gladius vnꝰ rebellationis o christiane. sed etiam totus exercitus virtutum vel arma surripiant: vel ad propugnacula prosiliant. De dormitōe: desidia ꝛ ignauia tua ne confidas q̄ hostes absterreas. Ex his enim sumunt robur ꝛ audaciam aduersus te. videant te non solum ad defensionē sed etiaꝫ victorie auidissimū ꝛ ardentissimum amatorem. Significatur fuga apostolorū in denudatione altarꝭ. Per altare em̄ christus figuratur. Per altaris ornamēta apostoli: q̄ christi quodammodo vestimenta prima fuerunt. Signatur et in extinctione lucernarum in matutinis horis de quo et dictum est Dereliquit me virtus mea ꝛ lumen oculorū meorum et ipsum non est mecuꝫ

Lumen oculorum fides est apostolorum que tunc in occasu scilicet veri solis extincta est. Oculi eius apostoli sūt. De q̄bꝰ in penultimo Genes. Pulcriores sūt ocli eius vino. (At illi tenētes Jesum)

Capitulū XIX

Juxta Johānē in.xviij.apti⁹ et pleni⁹his verbis(Cohors ergo ꝛ tribun⁹ ꝛ ministri iudeorū cōprehēderūt Jesum.ꝛ ligauerūt eū) Lucas ꝟo in.xxij hoc solū dicit(Cōprehēdētes aūt eū) Marcus addit soluꝫ in.xvij.de fuga et euasione iohānis apl'i scꝫ his ꝟbis(Adolescens aūt q̄dam seq̄baṫ euꝫ amict⁹syndone sup̱ nudo ꝛ tenuerūt eū.Ac ille syndone relicta nudus profugit ab eis.)

Moral'r ideꝫ nobis insinuans qđ et Joseph q̄ndam in xxxix.Geñ.q̄ relicto pallio in manu regine Egipti aufugit ꝛ egressus est foras.Jlle q̄ppe pallio tenebaṫ et trahebaṫ ad mortē spūalē:adulterij scꝫ ꝛ infidelitat̄s.Jste ꝟo syndone ad mortē corp̱alem.Per palliuꝫ ꝛsyndonē oē illud intelligim⁹ p̱ quod a mūdo teneri ꝛ trahi possum⁹.Vñ oīs felicitas tēporalis ꝛ oīs ei⁹ p̱s intelligiṫ hoc artificiū euasionis ꝛ effugij iosephꝫ ꝛ Johānes didiciſſe videnṫ a luctatorib⁹ q̄ ideo oīb⁹ se nudāt vt q̄ eos trahāt vel teneāt colluctātes nō habeāt.ex q̄ appet eos maiori et faciliori direptōi distractōi p̱ deꝙ patere hostiū quoꝝ fuerit felicitas ꝛ gloria amplior ꝛ diffusior.p̄cipue p̱ illud qđ dicit Aug⁹ in.ij.libro de libero arbitrio.Quia nimij amatores tp̱alium ea fecerūt mēbra sua.Quot ḡ et q̄nta habebāt nō solum q̄b⁹ trahanṫ ꝛ teneanṫ.sed etiā q̄b⁹ vulnerentur trāſfiganṫ ꝛ mēbra q̄b⁹ totiēs mutilanṫ q̄tiēs aliq̄d tp̱aliuꝫ q̄ indebite amauerūt eis q̄cū q̄ ablatōe p̄cidiṫ.Et bñ diciṫ(Adolescēs q̄dā seq̄baṫ eum) Quicūq̄ eñ sequiṫ ip̄m:adolescit ꝛ crescit.hoc eñ est crescere nostꝝ spūal'r ip̄m scꝫ seq̄ qđ est ꝟtutib⁹ p̱ficere seu crescere:q̄ mēbra sunt interioris homis ꝛ spūalis.Et reuera q̄ adolescēs ē ꝛ Johēs veri nominis.i.in q̄ est grā.ꝛ xp̄m dominū sequiṫ.et tētationū turba teneṫ.Sed oē illud qđ eū scādalisat ꝛ p̱ qđ ab aduersarijs aut teneṫ aut trahiṫ relinq̄t amore ꝛ dsiderio.i.retro se linq̄t:dorsuꝫ ei ꝟtēs p̱ ꝯtēptū: et nudus p̱fugit ab eis.Oīb⁹ illis cor se iduit q̄ sibi p̱ amorē inherere facit.Oīb⁹ illis se nudat q̄ vl'amare desinit vl'p̱ ꝯtēptū de se abijcit.Nec eñ erubescēda nuditas ista q̄ veraciter op̱imētū est q̄ oīs vere

cundia nostra: oīs turpitudo
nr̄a nō solū tegit̄ sed etiā tolli
tur. Erubescēda poti⁹ vestꝫ lu
tea vel poti⁹ stercorea quā de
stercoribꝫ p̄ cupiditatē tp̄aliū
nobis ꝯteximus atq̄ circūda
mus. Hec nō solū turpitudi-
nes nr̄as nō op̄it sed etiā de-
corē natiuum obtegit ꝛ detur
pat. Hec est vestis p̄egrina ꝓ
pter quā minat̄ dn̄s in p̄mo
Sophonie In die illa visita
bo sup̄ oēs qui induti sunt ve
ste p̄egrina. Nūc aūt ad or-
dinē passionis redeam⁹. Cō-
p̄hēderūt inq̄t Joh̄es Jesuꝫ.
Intelligit̄ manibꝫ iuxta l̄ram
Mistice ꝟo turba p̄seq̄ntiū
siue facto siue aīo p̄sequat̄ Je
sum in mēbris cōprehendit: ꝛ
hoc manibꝫ ip̄ioꝝ .i. op̄ibꝫ. ip̄e
met eñ dicit in .xxv. infra. In
carcere erā ꝛ nō visitastis me
Eo genere loquēdi vsus quo
amic⁹ in miseria amici se dicit
esse. vel cōpassiōe non p̄sona:
vel passiōe vl' iusta reputatōe
vt supra diximꝰ: q̄ de cōmuni
one amoris ꝛ vnitate ꝓcedit.
Amicicia eñ ē mutua se amā
tiū possessio mutuaq̄ seruit⁹.
sed sp̄otanea ꝛ iocūda. In eis
igit̄ q̄ iniuste capiunt̄ etiā cor
poral'r p̄ hūc tropū ꝛ lectiōis
modū cōp̄hēdit̄ et capit̄ xp̄s.
Uides igit̄ q̄t et q̄ntos hꝫ cō
p̄hēsores ꝛ q̄ꝫ paucos vl' nul-
los libatores. Uides etiā q̄a
oēs satellites neq̄tie ministri
sūt scelerꝝ ꝛ carnifices diabo-
li. q̄ vel crudelitati vel cupidi
tati in officio isto seruiūt: i tur
ba illa figurati sunt. Qui autē
zelo rectitudīs talia exercent:
vel autoritate vl' misterio dia
bolū in mēbris suis cōp̄hen-
dūt et capiūt: i h̄ mīstri pietatꝫ
atq̄ iusticie. nullo mō mīstri
scelerꝝ vel seuicie. Nihil eñ p̄
eos ꝯ deū aut hoīes agit̄. sed
totū ꝓ deo ꝛ hoībꝫ. Totū q̄p
pe glīe dei ꝛ saluti hoīm eorū
ptās deseruit atq̄ mīstrat. Cle
mentissimos aūt miseratores
inuenit hmōi mīstros diabo
lus: redēptōem q̄ leuissimam
cū ab eis ī mēbris suis fuerit
cōprehēsus. Redēptio leuissi
ma est pecunia aut fauor iter
cedētiū q̄ ꝓplm̄ se liberari di-
cūt hoīes: cū poti⁹ in eis dia-
bolum aut vicia liberēt: corre
ctionē hoīm penit⁹ negligen-
tes. Ip̄osq̄ q̄s libare se dicūt
ī cōpabil'r p̄niciosioribꝫ vicul'
pctoꝝ alligantes et tartareis
carceribꝫ īmittētes. In parte
ista tot hꝫ redēptores ꝛ inter-

uētores diabolus: q̄t q̄ ꝑ libe ratiōe ei⁹ q̄ ad mēbra sua siue ꝑcib9 siue pecunie largitōe sa tagūt. Tot h3 etiā q̄ ablatim ⁊ numatim redēptōe3 ei⁹ ꝓcu rant. quēadmodū q̄ capti sūt apud saracenos q̄t hūt q̄ ꝑ li beratōe mēbroꝝ eoꝝ a singul' obolos vel nūos petūt. Hec aūt dicim⁹ nō vt ñ ꝑcat' hoīb9 sed ab hoc solum vt ī eis dia bolo nō parcat' Hoc em̄ solū vt ait autoritas in hmōi offi cijs siue ꝑcēdo siue puniendo bñ agit' vt vita hoīm corriga tur. hoc em̄ ītēdim⁹ vt dñs ie sus iteꝝ in mēbris nō patiat': vt diabol⁹ captōi sp tradat'. ꝑ ut vniuscuiusq3 reqrit officiū Eodē mō de traditōe et liga tiōe ꝓseqndū est Cōgruit aūt ista cōprehēsio quā ꝓsecuti su mus hereticꝭ: dū ꝑsecutionē inferūt fidei xp̄iane. Hi iudā cū osculo ꝑmittūt: ꝯfessione3 xp̄iani noīs q̄ ꝑ iudā intelligi tur ꝑcedētes, et os suū ori xp̄i qd̄ est scriptura ꝓditiose ꝯiū gētes: qñ ea q̄ de xp̄o dño scri ptura loqt'ur: voce ten⁹ et ipsi loquunt': q̄ simulatio ⁊ falsitas ī osculo iude figurata est. Se cūdo loco cōgruit iudeis oī busq3 sub ꝑtextu religiōis ꝑse secutōe3 xp̄iano nomī inferēti bus. Ipsi em̄ xp̄m dñm ī ore forinsec⁹ osculant': ⁊ nihilomi nus ei ꝑsecutōe3 suscitāt. Ter cio loco oīb9 ī subditos suos: violēta tyrannide grassantib9 aut alios iniuste ꝑseqntibus. Si qs videret dñm Iesu3 in mēbris ī tot locꝭ atrociter cō ꝑhēdi. teneri: ligari: carcerari nō īmerito misereret' ei⁹. Non mirū aūt si ipse in mēbris ho die nō videt' a multꝭ: qñ et in ipis hoīb9 neq3 ꝙ etia3 hoīes sunt videt' ab illis Non enim natura3 in eis aspiciūt. q2 nec ipsis ocl'is nature eos intuen tes. sed ocul' poti⁹ cupiditatis et auaricie sue q̄b9 vtiq3 in eis nō vidēt nisi pecuniā cui⁹ ꝑde insidiant' Sed nec oculis grē q̄ sublimiores sunt et purio res eos aspiciūt vt agnoscant eos aut filios dei esse ⁊ mēbra aut eē debere. Hoc em̄ oculi grē indubitāter ostēdūt: ꝓpter qd̄ ⁊ caritate complectendos eos docēt. Auaricia em̄ q̄ to ta sibi viuit: et q̄si ꝯtra cōitatē bonoꝝ ꝯiurata: eos et ea q̄ eo rū sunt vt aliena a se penit⁹ in tuet'. ⁊ ꝓpter hoc eos ad ꝑdam vel saltē lucrū habere satagit. Nihil em̄ credit se hr̄e auari

cia in aliis: nec errat. qr reuera ipsa excõicata est imo ipsa spũali excõicatõe. vnde et nulli cõicat vel cõmunicare põt. Moralr pro pctõr a turba cõprehẽdit in cogitatõe tẽtationis. tenet in ipsa mora cogitatiõis. ligat in desiderio et amore z delectatione pcti qd cogitat. Ducit ad spũale patibulũ in ipa mora delectatõis et desiderii. Ad infernale pro patibulũ velut qbusdã passibus malor opez. Aduerte igitur pctõr in ipa turpi cogitatione te esse cõprehẽsuz. z eruere qsi dãmula de manu: z qsi auis de isidiis aucupis. sic tibi dicit Prouerb. vi. Erueris aũt cum in bonã cogitationẽ quãcunqz aut insilis: aut anhelas. Delude igitur diabolũ q te manibz qdãmodo iam tenet: vt plus doleat de ereptõe tua et effugio qz gauisus sit d cõprehẽsione. Exhorre manibus teneri aut cõtrectari diabolicis. Quodãmõ em velut pila de te ludit diabolus. Si aũt z ad hoc venerꝭ ne patiaris te ligari funicul desiderio rũ vl delectatõis. Declia stulticiam Samsonis: nõ pmittas te ligari a dalida tua. id ẽ a carnali concupiscentia tua. vel carne quantumcunqz tibi blandiat per cogitationẽ: offerens blanda. sicut legit. xvi. Judicũ Prescinde omnia desiderioz vincula. et hoc velut qdam cultro seu gladio disciplĩe. et hoc in hora desiderii vel delectatõis: affligens teipsum. Omnis em afflictio ĩ ipsa hora pcisio est z obtrũcatõ hmõi vincloz. Malicia eniz vni hore obliuionẽ facit maxime luxurie. sic legit Ecci. xi. Obliuio autem luxurie et voluptatis laceratio est vinculorum. id est desideriozuz illius Oblitus em voluptatis omnino solut est a viculis eius. Statim vt huiusmodi funez ad ligandum te applicuerit: gladium exere discipline z illum percute. Et si ligatum te videris: statim virtute spiritus exemplo Sãsonis in eodem. xvi. Judicum dirumpe Est autẽ virtus spũs magnificẽtia cordis: qua ipsa q nob p cogitatõem offerunt: velut feda et dignitate nostra indignissima aspnamur: motu indignatõis aduersus ea cõmoti. z p indignatõe z abominatione nõnunqz spuẽtes: z iter

iectionē īdignatōis ⁊ abomi-
nationis q̄ est phi phi. crebro
ingeminātes, qđ facere nō pa
rū medele est virtutꝫ maxime:
si in cōsuetudinē deductū fue
rit. Est et virtus spūs chari-
tas q̄ amplexibꝫ sponsi celestꝫ
et spūales delicias carnalibꝫ
absq3 vlla cōꝑatione p̄ferimꝰ
Quelibet em̄ virtus: ꝓtꝰ spiri
tus ē: generaliter accepto vo-
cabulo, et verum est qꝛ q̄libet
virtute pōt dirūpi q̄uis tenta
tio. Proprie tñ in virtute spi
ritus tentatio irrūpitᷣ cū ma-
gnificentia animi et indigna-
tiōe q̄cq̄d diabolus offert cō
culcatᷣ atq3 ꝓijcitᷣ. Quid autē
dicemus de illis q̄ seipsos di
abolo alligāt Hi sunt q̄ pra-
ua desideria sibiipsis accēdūt
etiā hoc vel spectādo vl' cogi-
tando vel ea exq̄rendo atq3 p̄
parādo q̄bꝫ ⁊ augeantᷣ delicie
et deliciarꝝ desideria acuātur.
id ē facilꝰ īflāmentᷣ. Silr ⁊ q̄
cunq3 alios prauis desiderijs
accēdūt vl' ꝓuocant: eosdē ve
lut diaboli captiuos diabolo
ligant. Econtra ꝓo quocūq3
mō desideria praua vel ī te vl'
in alio extinxeris: vincl'a dia-
bolice captōis dirūpis. eris q3
velut alt' Leonardus vinctos
mirabilr ⁊ miracl'ose liberās.
Nisi em̄ tot hr̄et captiuorꝝ su
orꝝ ligatores diabolꝰ: vix vnū
ꝑ momētū captū teneret. Sꝫ
vt diximꝰ abominabiliꝰ i hoc
ei officiosissime seruitᷣ. Ut au
tē nō timeas fortitudinē vin-
culorꝝ istorꝝ: audi Esaiā i. xxix
Telas aranee texuerūt. Fila
q̄ppe aranearꝝ sunt oīa vincu
la pctōꝝ q̄ nō dicā pulsu aliq̄
aut distractu sola volūtate rū
puntur Quis em̄ dubitat eis
posse teneri oīno īuitū. Quis
etiā dubitet modico tractu ca
pillorꝝ aut aliorꝝ pilorū hmōi
vincl'a dirūpi, Quia g̃ in vno
⁊ eodē tractu capilli capitꝫ īte
gri manēt ꝑ oīa ⁊ illesi. hmōi
ꝓo vincula penitus dirūpun
tur: dubitari nō đbet capillis
hūani capitis ⁊ ceterꝫ pil' eius
dē corꝑis ea esse debiliora, et
ꝓpter hoc filis aranearꝝ meri-
to cōꝑanda sunt, eos ꝓo q̄ eis
dē captos teneri se patiuntᷣ: n̄
esse musculis fortiores. Eru-
bescēdū valđ est hoī filis ara
nearꝝ irretitū vinctūq3 teneri:
et apte cōfiteri de his se expli
care aut ea dirūpe nō posse, sꝫ
ita ē vt queadmodū musca ēt
quātūcūq3 fortꝫ cēt đ fil' arane
arū innecta se erigē nō posset

Sic ꝛ miser pctōꝛ nō fortitu
dine vincloꝝ tenet͛ in illis sed
īfirmitate ꝛ puersitate ꝓprie vo
luntat͛. nihil em̄ oīno hn̄t for
titudinis nisi q̄ntū eis dona-
uerit nr̄ cōsensus ꝛ inclinatio
voluntatis. Ecōtrario ꝟo ꝑ
omnia de salubri cōprehēsiōe
ꝑ bonā cogitationē ꝛ salubri
tentiōe ꝑ morā in illa ꝛ saluta
ribus vinclis bonoꝝ deside-
rioꝝ: et salubriter ligātib⁹ fa-
cile est oīa ꝓseq: in q̄b⁹ remini
scendū est q̄ntū deū offendūt
q̄ ꝑdicta pctōꝝ de manib⁹ ei⁹
eripiūt q̄ vincula ei⁹ dirūpūt
q̄ vinctos eius in tantā sui ꝑ
niciē liberāt dū in eis q̄libet
mō sancta d̄sideria extinguūt
ꝓpter hoc ꝑpaucos de his q̄s
capit ad celestē ciuitatē ꝑdu-
cit dn̄s. quia ꝑpaucos habet
ligatores aut detētores eoꝝ.
et innūerabiles hꝫ ereptores
ac liberatores eoꝝ velut infer
nales leonardos q̄ vincl'a eo
rum dirūpant. Aliter aūt ad
doctores ꝛ ꝓfessores hoc ip̄m
refert͛: quib⁹ hec tria iniūgun
tur. Primū scꝫ pctōꝛeꝫ cōpre-
hendere. Deinde tenere. Ter
cio ligare. quē ordinē m̄lti ꝑ-
uertūt: ꝑus ligare volentes q̄̄
cōprehēdant aut teneāt. Cō-
prehēdit͛ pctōꝛ duob⁹ modis
vel cū ei ꝑ doctrinā ꝛ exhorta
tionē q̄ a diabolo cōprehen-
sus est innotescat. Et eodē mō
de tentione ꝛ ligatōe intelligē
dū est. iuxta modū scripture.
Uel cōprehēdit͛ ꝓposito emē-
datōis. tenet͛ firmitate seu cō-
firmatione ꝓpositi. Ligat͛ vin
culis mādatoꝝ siue diuine le
gis siue pnīaliū. Quia ꝟo eū
comp̄hendisse manib⁹ intelli
git͛ Man⁹ accipim⁹ hic tria
genera operū q̄bus cōprehē-
dunt͛. i. in bonū ꝓpositū indu-
cunt͛. Primū genus est vis ꝛ
violentia et cōcussio: de q̄ ꝑla
tis et doctoribus ꝑcipitur in
xiiij. Luce. cōpelle ītrare. Se
cundū genus beneficia. in q̄
intelligit͛ et suauitas et affabi
litas alloquioꝝ. Bn̄ficijs em̄
ꝓuocādi et attrahēdi sunt ad
bonū pctōꝛes. Terciū gen⁹
est exemploꝝ q̄bus nō paruū
attrahunt͛ et ꝓuocant͛ pecca-
tores. Ista ḡ tria genera ope-
rum abūdare debent in ꝑlat͛
et doctorib⁹. vt zelo rectitudi-
nis ꝑ virtutē disciplinē coer-
ceant ꝛ cōpescant subditos a
malis: ꝛ ad bona cōpellant. ꝛ
per bn̄ficia eos ad bona ꝓuo
cent ꝛ attrahāt. ꝑ vite eminē-

tiã q̄ꝫtum de se nõ solum deo sed etiã hoĩbꝫ spectaculũ faci entes quasi decorẽ in palã po nentes: vt eã cunctis amabi lem ꝛ gratiosam efficiãt. Ho nestũ em̃ est vt ait Tulli⁹ qđ suo decore nos attrahit: ꝛ sua bonitate nos allicit. De his tribus ad prelatos dicit̃ in. v. Math. Uos estꝭ sal terre. q̄d simul referẽdũ est ad discipli ne ꝛ bñficentie cõdimentum. Disciplia em̃ si bñficiũ defue rit: ĩsulsa est: ꝛ solã habet ama ritudinẽ. Bñficiũ ꝟo si sine il la fuerit vermes et putredĩes vicioꝝ poti⁹ nutriet in subdi tis q̄ꝫ ꝯsumet. Qđ ꝟo sequit̃. Sic luceat lux vestra coram hoĩbus. Ad lucẽ ꝑtinet exem ploꝝ q̄bus dec⁹ et decor vir tutum ostendit̃: agnoscit̃: ꝛ ad imitandũ cõcupiscit̃. Qui er go sine his tribꝫ generibꝫ ope rum compꝓhendere q̄runt sa lubriter peccatores: nõ vt eos manibꝫ hoĩes cõprehẽdere q̄ runt: sed fortasse vt canes et belue dentibꝫ ꝛ faucibꝫ. licꝫ in hoc casu officiũ eis congruat In hoc aũt ꝙ cõprehẽsus di cit̃ dñs Jesus: totos simul et frustatim ꝛ particulatiꝫ com ꝓhendere peccatores ammo nent̃ prelati ꝛ doctores. Alio quin potius de macello rapu isse vel coq̄na q̄ꝫ prelio vł ve natu cepisse aliquid videntur Qui em̃ ad audiendũ verbũ dei aliquẽ peccatorẽ induxit. quasi aurẽ eius dentibꝫ et fau cibus cepit. ꝛ ad hunc modũ de membris aliis. Nunq̄d er go nõ poti⁹ de macello vel co quina aliq̄d asportare q̄ꝫ de ꝓ lio vel victoria reuerti vident̃ et tamẽ istud vbi totum face re nõ possunt ãmonent̃ in. xl. Job. Concident eũ inq̄t do minus amici. diuident eum negociatores. quod est in cor pore et membris eius. Cor pus enim eius id est cet⁹ ma lorum diuiditur: cum de illo aliquis ad dominum conuer tit̃. Et vnusquisqꝫ etiam ma loꝝ diuidit̃ atqꝫ cõcidit̃ cũ sic particulatim cõuertit̃. Simi liter ꝛ in. iij. Amos. Quomõ si eruat pastor de ore leonis duo crura aut extremuꝫ auri cule: sic eruent̃ filij israel. Ca piunt̃ autem alij velut pisces hamo scilicꝫ qui bñficijs aut ꝓmissionibꝫ attrahunt̃. Ubi bñficia velut escula: ipsa ꝟo gratia vel virtus velut acule us vncatus: qui primũ ꝑ escu

lam beneficiorū capitur. deinde capit. De hoc Job .xl. Nūquid capies leuiathā hamo. Capitur autē leuiathan in membris suis .i. peccatoribus. Stulti cecique piscatores sūt qui nudo hamo .i. sine esca apposita: piscari presumunt. Hi sunt qui nudas virtutes imperant: nullum earū premiū nullum fructum: nullū placorem: nullūque decorē penitus ostendētes. Rhetibus capiūtur vbi longis exhortationibus et connexis inuicem sermonibus: ad deserēda sua vicia inducunt. De hoc in quīto Luce. Cōcluserunt pisciū multitudinē copiosam. Et in xx. Johannis. Traxerūt rhete plenū centū quīquagintatribus magnis piscibus. Armis vero capiuntur heretici et philosophi. Unde apostolus in decimo scđe ad Corinthios. Arma militie nostre nō sunt carnalia: sed potētia a deo: ad destructionē munitionū: cōsilia destruentis et omnē altitudinem extollētis se aduersus scientiam dei: et in captiuitatē redigentis omnem intellectum In obsequiū christi: vt disputatores velut sagittarij sunt. Demonstratōes vero velut machine sunt munitiones diruentes. Leuia vero argumēta velut baliste et arcus. Uiribus vero id est fustibus et gladijs qui timore eternorū supplicioꝝ vel presentis discipline flagellis atque coertionibus emendantur. Qui igitur flagellari se sentiunt cum fustibus et gladijs a domino se queri agnoscant et rebellare desistant: cōprehendi a domino se patiantur et gaudeāt. tanto amplius gratias ei agētes: quanto studiosius et laboriosius maiorique apparatu se queri ab eo viderint. Erubescant et reuereant dei hostes: diabolique pugnatores se gerere rebellando. potiusque flagellis sibi succurri ad liberationem et salutem quam se impugnari ad captiōnem atque perditionem intelligant: turbā que persequentiū cum gladijs et fustibus de cetero succursum sibi a deo missum atque presidium nominare discāt et assuescant. Comprehēditur igitur hūanus intellectus rōcinationibus veritatis expugnatus: euersa

arte ꝛ munitionib⁹ erroris.id est cōsilijs ꝛ defensionib⁹ falsitatis:cōfract⁹ arcub⁹.i.impugnatoīb⁹ veritatis. De quo in ps.ibi Cōfregit potentias arcum scutū gladiū ꝛ bellū. Reliq̄s aūt trib⁹ modis capit͛ affectus hūanus. Qd aūt seq̄tur(Tenuerūt eum) bñ ꝯgruit.nō em̄ ꝓdest cepisse p̄dam q̄ sine retentione stati͛ effugit Sed turpi⁹ est ꝑdidisse q̄ȝ nō acq̄siuisse. Effugit aūt p̄da ď manib⁹ capiētiū:qñq̄ȝ eis ip̄ liberantib⁹.i. tenere desinentibus.i.manus ab ea retrahētibus. Man⁹ suas a p̄da quā tenebat subtrahit q̄ a trib⁹ generib⁹ opeꝝ q̄ dixim⁹ desistit. Intolerabilis et ridēda stulticia bellatorū:q̄ vix appħensa p̄da multo sudore multoq̄ȝ discrimine q̄sita:stati͛ ab ea manus q̄bus teneri debuerat retrahunt:cū preda nisi manib⁹ vl' vinculis teneri non possit. Unde p̄lati ꝛ doctores bellatores et custodes siml'noīant͛ vt nō tam cape q̄ȝ captos custodire artius se debere agnoscant. Esa.lxij. Sup muros tuos hierl'm ꝯstitui custodes Effugit aūt coꝝ pctōris ď manu.i.de volūtate ꝛ ꝯsilio magistrorū:queadmodū eger de volūtate ꝛ ꝯsilio medicorum Vñ Ecci.vj. q̄ȝ aspa est nimium sapia indoctis homīb⁹:ꝛ nō ꝑmanebit in illa excors.et eiusdē.xxj. Cōpedes in pedib⁹ stulto doctria:et q̄si vincla manuū suꝑ manū dextrā.Et eiusdē.j. Execratio peccatoribus sapia:et execratio peccari cultura dei.Eripit͛ aūt qñq̄ȝ vi.cum sc͛ tribulatoīb⁹ vel metu ad peccandū inducitur Surripit͛ frauduleter cū blādicijs ꝓmissionū aut specieꝝ ꝯcupiscibiliū a recto abducit͛ Quatuor igit͛ ista doctorib⁹ ꝛ p̄latis:ꝛ ꝯfessorib⁹ sūmope seruanda sunt:ne vl' ipsi q̄s deo ceperūt liberent man⁹ab eoꝝ tentione vt diximus retrahētes:vel ipsi effugiāt iugu͛ dñi graue et molestū hñtes. Cui molestie ꝛ grauitati leuitate ꝛ cōsolatiōibus ac mīe dispēsationib⁹ ꝛ alleuiatiōib⁹ tota circūspectione occurrendum est Ne ꝓo eripiant͛ vi tribulationum aut ꝑsecutionū. defensionibus obuiādū atq̄ȝ p̄sidijs si fieri pōt.Sin aūt ꝯsolationibus strenuitatis et patientie exhortationib⁹:passiōe atq̄ȝ solatijs. Cōtra surreptiōe͛

atq; seductionē: doctrīa ꝛ eru ditiōib⁹. Et quia manib⁹ diu teneri nō pñt q꞉ capti sūt dn̄o: necessario sunt vincl'a apponēda. Hec sunt vincula sapie de q̄bus Eccl. vj. Iniȷ̄ce pedem tuū in cōpedes ei⁹: et ne accidieris in vincul' illi⁹ Et iteꝝ. In vinculis illi⁹ alligatura salutaris. Intellectus igit̄ alligādus est veritate sapientie diuīe et doctrine. Sola em̄ veritate tenet̄ ne ī errores īsiliat aut abducat̄ aut impingat̄. Sil'r alligādus est affectus bonitate seu bonestate Sola em̄ illa tenet̄ et custoditur ne vel effugiat vl' vi abducat̄ aut eripiat̄. Intellect⁹ igit̄ q̄ veritatē ingredit̄: captionez salutarē ingredit̄. In illa sola tutus est a pditōne ꝛ erroꝛib⁹ ꝑpter boc et vincula dicit̄ veritas ꝛ turris arcus atq; munitio. Moꝛs ꝟo intellect⁹ erroꝛ est et ignoꝛātia. ꝑpter h̄ nō possūt esse boni custodes aut ligatoꝛes captiuoꝝ q̄ nec ip̄m carcerē nec vincl'a noꝛūt. Testimonia igit̄ diuine legis velut vincula sunt q̄si de ip̄o ferro veritatis fabꝛicata. Argumenta ꝟo atq; suasiones q̄b⁹ in ipsam dei veritatē inducimur: velut mallei fabꝛiles et claui sunt q̄b⁹ in ipsa configimur ꝛ cōpedimur. ꝑpter h̄ dictum est in vltio Eccs. Verba sapiētis tanq; stimuli ꝛ tanq; claui in altū defixi. vbi verba: rōcinatiōes atq; suasiōes eoꝝ s̄m banc viam accipiēda sunt. De bac eadē veritate velut fila in funes intoꝛquentur duz eloq̄a eloquiȷ̄s colligant̄ et coaptant̄ vt inde vincl'a sapientie efficiant̄ ad ligādū intellectū erroneū: vagabundū et a deo fugitiuū. Pn̄t ꝛ intelligi vincl'a sapie virtutes ipse que q̄si ꝛ de veritate ꝛ bonitate simul velut nendo et intoꝛquēdo ab ipsa dei sapia conficiunt̄. ꝑpter qd̄ in vltimo Prouer. dictuz est de ea. Quesiuit lanā et linū ꝛ opata est cōsilio manuū suaꝝ: manū suā misit ad foꝛtia ꝛ digiti eius appḃēderunt fusum. Foꝛtia necesse est esse vincl'a ista vbi foꝛtꝫ alligandus est ītellectus scilicet bumanus. Foꝛtꝫ aūt est intellectus bumanus: vel attritus assuetudine sensuū: vel nutritus naturalib⁹. pbilosopbice nanq; discipline ꝛ pbationuz assuefactio roboꝛant q̄dāmō et indurāt intellectū bumanū

vt ea que sunt supra naturã ꝛ cõsuetudinẽ nõ facile admittãt. Nõ em̄ frustra approbat illã sententiã matris sue Augustin⁹ in libro ↄtra achademicos. Cibũ ꝛ nutrimẽtũ aĩarũ esse sciam. hmõi intellect⁹ teneri nõ põt in veritate fidei nisi eos vehem̄ti ammiratiõe nouitas signoꝝ ꝑcusserit ꝛ q̃dãmodo ĩfirmos ꝛ tremulos nutãtesq̧ reddiderit. aut nisi vehementia tribulatiõis eos ↄtriuerit: ꝛ auribꝫ q̃s ð hmõi nutrimẽto sumpserãt ꝓuauerit. Indignant̄ em̄ leuibꝫ rõcinatõibꝫ ꝛ cõtradictõibꝫ acq̃escere vel assentire. queadmodũ gigantes filis araneaꝝ vel stupateis. hũilitate igitur cõtriti vel tribulatõne infirmati vel nouitate miraculoꝝ ꝑculsi: facile etiã debilibꝫ vinculis alligant̄ atq̧ tenent̄. Idẽ circa affectũ ligandũ erit seruãdum. Apparet aũt infirmitas intellectus maxĩe in hereticis illiteratis q̃ velut musce quasi filis araneaꝝ adeo vinculati tenent̄ vt ea nullo mõ abrũpere valeãt: nullo mõ se ð eis euoluere aut explicare. ſꝫ quẽadmodũ musce in filis aranearũ occidi ꝛ exuri se patiũtur. Quippe q̃ de hmõi vinculis se explicare nõ possũt. nec mirũ est si infirmus est intellect⁹ eoꝝ ꝛ oĩno inualidus qui nec nutrimentũ habuere scientie: nec prediti sunt virtute gratie Sicut ergo nõ est de fortitudine filoꝝ aranearũ ꝙ musce adeo colligate tenent̄ et in eis exuri occidi et deuorari se ab araneis patiunt̄. sed de ĩfirmitate est ac debilitate muscaꝝ. Sic etiã in eis q̃ in infidelitatis sue vinculis vsq̧ ad mortem tenent̄: nõ infidelitatꝭ fortitudini: sed eoꝝ potius infirmitati deputãdũ est. De hoc etiã in scðo scðe ad Thimo. Ne resipiscant a diaboli laq̃eis a q̃ captiui tenent̄ ad ipsi⁹ volũtatẽ. De heresiarchis ꝓprie dictũ est in. lix. Esa. Oua aspidum ruperũt ꝛ telas aranee texuerũt. Quis em̄ dubitat hereticoꝝ venias nihil oĩno solide veritatis: nihil fulcimenti: nihil ꝓbatiõis aut defensiõis hr̄e rõnabilis Uani em̄ sunt omnes hoĩes in q̃bꝫ nõ subest scĩa dĩ vt legit̄ Sapientie. xiij. Hi alligari non possunt. ergo aut informandi sunt ꝑmũ vt diximus et hũiliandi: aut nisi fortibꝫ vinculis

De hoc Eccī.iiij. Nō contra dicas ꝟbo veritatis vllo mō. Verba q̄ppe falsitatis erant verba ṗncipū sacerdotum et senioꝝ populi aduersus iesuȝ q̄ veritas est. sed signata ꝟba veritatis erant sicut exposui-mus q̄bꝫ nullaten⁹ ꝯtradicen-dū esse īsinuare voluit ipsa ve-ritas taciturnitate sua. Qδ āt subiūxit dn̄s Pilato ꝺm Jo-hannē (Regnū meū nō est de hoc mūdo) verū est. Regnum em̄ qδ est eccl'ia de celo est. qꝛ totū qδ habet de sursum est. sicut legit̄ in.xxj. Apoc̄. Ego iohēs vidi ciuitatē sanctā hie-rusalem nouā descendentē de celo a deo paratā. Et ipsemet in.xv. Joh. De mūdo nō estiꝭ sed ego elegi vos de mundo. Sil'r neqꝫ regnum.i. grā qua in electiꝭ regnat ꝛ q̄ ipsi regnāt sub eo sup̱ carnē ꝛ vicia: nō δ mūdo est: sed de sursum descē-dens a pr̄e luminū. Sȝ neqꝫ regnum.i. ptās q̄ regit oīa de mūdo est: imo sup̱ mūduȝ ꝛ a patre habet eam. Vel regnū meū nō est de hoc mūdo.i. nō est mūdanū: vt in eo regnem p̱ vim atqꝫ potentiā: p̱ bellū ꝛ oppressionē. sed magis p̱ patiē-tiam ꝛ cessionē. Regna quip-pe mūdi bella ꝛ violētie q̄dā-modo creauerūt. Sed regnū dei magis patiētia: pax: ꝛ ces-sio. ꝛ huic intelligētie cōgruit qδ sequit̄ (Si ex hoc mundo esset regnū meū: ministri mei vtiqꝫ decertarēt vt ñ traderer) Regna q̄ppe decertatōibꝫ sese tuent̄. cedendo aūt et patiēdo destruunt̄. Ecōtrario regnū dei pace ꝛ paciā fulcit̄ et am-pliat̄. Unde ad Ro.xiiij. Re-gnum dei nō est esca ꝛ potus sed iusticia ꝛ pax et gaudiū in spūsancto. Ministri regū mun-danoꝝ nō norūt nisi decerta-re ꝓ regibus suis. Ecōtrario ꝟo ministri regis celestis ꝓ re-ge suo cedere ꝛ pati poti⁹ edo-cti sunt. (Regnum meū non est hinc Dixit itaqꝫ ei pil'at⁹ er-go rex es tu. Rn̄dit ei Jesus: tu dicis q̄a rex sum ego) Ista oīa sunt plana. Qδ ꝟo sequit̄ (Ego in hoc natus sum et ad hoc veni in mūdū vt testimo-niū p̱hibeam ꝟitati) Ad hoc q̄ppe nat⁹ a patre vt ꝟbuȝ spi-rituale de loquēte spūaliter. et vt imago de inspectore īter ip-sum inspectorē ꝛ loquentē ce-tera oīa ostenderet. Jllo eniȝ verbo ꝟitatem suā loquit̄ de⁹ pater angelis et sanctis aīabꝫ

et ipse testimoniũ paterne ve-
ritatis, hoc est verbũ certissi-
mũ atq firmissimũ cui soli de
paterna veritate credẽduz est.
p quod solũ ipsa cognoscitur.
Unde in pmo Joh. Unige-
nitus q est in sinu patris ipse
enarrauit. Uel in hoc natus
sum in mũdo. natiuitate tpali
de virgine (vt testimoniũ phi
beã veritati) quã falsitas opi-
nionũ z vanitas ipsa tpaliuz
obnubilat z videri non sinit.
Ad hoc quippe lux emittit et
orit vt veritatem rex q ad sa-
lutem ptinent ostẽderet: z con
trarioz erroz nubila diffuga
ret. Propter qd z ipse in euã-
gelio Joh. viij. dt. Ego sũ lux
mũdi: qui sequitur me nõ am
bulat in tenebris. Et i. ix. eius
dẽ, qdiu sum in mũdo lux suz
mũdi. Natiuitas z ortus idẽ.
Unde z ort9 solis iusticie na-
tiuitas eius in carne accipit.
Malachie. iiij. Oriet vobis ti
mẽtib nomẽ meuz sol iusticie
Ueritas igit vl ipse pater vl
ipsa diuinitas q opposita est
oi falsitati z vanitati hic acci-
pienda est sicut exposuimus.
Sicut autem ipse natũ se di-
cit z venisse in mundum vt te
stimoniuz perhibeat veritati:
sic et ad hoc per ipsum, rena-
scimur: vt testimonium perhi
beamus veritati. z que ipe est
et quam hic docuit z ostẽdit.
Non solum aũt debemus p-
hibere testimoniũ veritati cõ
fessione oris, sed et opez. Te-
stis enim veritatis non debet
esse nisi verus. Nõ potest aũt
esse verus qui partem habet
falsitatis. Quocunq ergo vi-
cio laboret quis: nõ est testis
idoneus veritatis, sed neq ve-
ritatem nouit qui mendaciuz
diligit. Qui em dicit se nosse
deum z mandata eius nõ cu
stodit: mendax est. vt legit in
scdo pme Johis. Nõ est igi-
tur testis idoneus veritatis.
Sequit. (Omis qui est ex ve
ritate audit verba mea.) To-
tus vetus homo ex falsitate ẽ
atq mẽdacio, sicut expresse le
gitur in. iij. ad Colos. Mor-
tificate membra vestra q sunt
super terram: fornicatiões zc.
Quis em dubitet omnia mẽ-
bra illa que ibi enumerant: et
omnia mendacia esse et insa-
nias. Sed hoc totũ alibi dis
serendũ est. Interiz aũt ne du
bitet veterẽ hoiem ex menda
cijs z insanijs cẽ ɔpositũ: z p
pter hoc veritatis repulsorem et

aduersariū: ⁊ circa veritatem erroneū. Et ideo merito ꝟba veritatis nō recipit. qđ est audire. vel esse ex veritate: idē est quod esse vex. Cuius aūt cor veritas occupauit verba veritatis respuere non potest, sed ea velut sibi cōgruētia ⁊ amica amplectit̄. Mens ꝟo quā falsitas occupauit ⁊ possidet: verba veritatis falsitate se opponente nō recipit. Sicut legit̄. xxviij. Prouer. Non recipit stult⁹ verba prudentie nisi ea dixeris que versant̄ in corde eius. Quod ⁊ ꝑ ꝯtrariū accipiendū est de sapiēte. ꝗ verba stulticie nō recipit. Qui ex veritate est habet aures veritat̄ ⁊ veraces. ⁊ ꝓpter hoc verba veritat̄ audit interi⁹. (Dicit ei pilat⁹ Quid est veritas) Prudenter interrogauit pilatus, sed infructuose dū respōsionē nō meruit. nec etiā expectauit. Breui interrogatōe totam dn̄i saluatoris doctrinaꝫ cōprehēdit. Tot⁹ em̄ liber doctrine catholice ⁊ tota sapientia celestis: nihil aliud est nisi agnitio veritat̄. cui⁹ ꝯgnitionē ꝓmittit discipulis in. viij. Joh. Si inquit vos mā͂seritis in sermone meo: veri discipuli mei eritis et agnoscet̄ veritateꝫ. Hec est āt veritas q̄ se intuentes illuminat: pascit: reficit: solidat: ⁊ delectat. q̄ etiaꝫ amplexātes nō illudit: ⁊ innitentes sibi nō deijcit vt vanitas. Hec est veritas q̄ ab erroribus ⁊ inflatiōe quos replet liberat: ⁊ ab illusionib⁹ amplexantes ⁊ a ꝑcipitijs innitētes. q̄ omnia ꝓpter falsitatē errorū ⁊ vanitatē creaturaꝝ diximꝰ. Ex quib⁹ tota illa maledicta materia veteris hoīs: viciorū vniuersitas orit̄. Falsitas em̄ et vanitas nec oculos implet aut illumīat intuentiū: nec implet brachia cōplectentiū nec pōdus sustinet innitētiū. ⁊ ꝓpter hoc aut errore ꝺcipit. aut vanitate sua illudit et deijcit. vñ nihil aliud est pctōr q̄ꝫ errore decept⁹ in credendo. (Et cum hoc dixisset exijt ad iudeos ⁊ dixit eis. Ego i eo nullam cām inuenio) Frequens iste exitus ad principes sacerdotū ⁊ seniores populi: nō solum eius diligentiā in inuestigatiōe cause: ⁊ sollicitudinem eius sup liberatōe dn̄i saluatoris ostendit. sed ꝙ frequens debet esse recursus iudicuꝫ et cōfessoꝝ ad iurisꝑitos ⁊ legis

diuine doctores moralr insi- nuat. In foro nanq̧ forensi d̄ cōsilio iuris pitoꝝ ꝛ in rescri- pto. In foro penitētiali de cō silio sacroꝝ doctorū et ex lege diuina iudicandū est. Ibi eniꝫ sunt accusatores peccatoꝝ at q̧ peccātiū. Post hec reuer- tendū est nobis ad narratōēꝫ Mathei. (Per diē aūt solen- nē cōsueuerat p̄ses pp̄lo dimit tere vinctū vnū quē voluissꝫ) Johēs aūt in. xviij. ita habet. (Est aūt cōsuetudo vobis vt vnū vobis dimittā in pasca.) Unde manifestū est diē solen nem vocari pasca. Preses pe nitentialis tot apud se hꝫ vin ctos q̄t veteres hoīes in vno cōfitente inuenit. Ibi aūt sunt iuxta numeꝝ vicioꝝ vl' pctōꝝ vt in eodē hoīe fornicatorē: su perbū: auarū: q̄si diuersos in telligas, sed hi q̄dē ligati sunt vinculis pctōꝝ. Nihilomin⁹ tū ꝛ nouus hō ligatus est vin culis sctōꝝ desiderioꝝ ꝛ boni ꝓpositi ꝛ obediētie: quā debet inpēdere cōfessori. De oībus his manifestū est eū nō posse dimittere nisi vnū: hoc est no uum q̄ vn⁹ est. Et hāc debet habere cōsuetudinē vt illū ab solutum dimittat in die solēni

id est in pasca: q̄ dies peniten tie est ꝛ ꝯfessiōis: q̄ȝ celestis eccl'ia festiuū ducit atq̧ solen nē sicut sepe ostēdimus. Sed attende q̄s sit pp̄lus q̄ clamat ꝓ barraba: ꝛ contra xp̄m cla- mat. plerūq̧ īfirmitas peccā- tis: erubescētia eiusdē: iuuēt⁹: nobilitas: societas mūdi: ob- probriū: ꝛ innūerabilia hmōi q̄ clamore suo q̄dāmō suade- re nitunt̄ vt liber a pena peni tentiali pctōr dimittat̄. Sed impitus ꝛ iniquus cōfessor et alter pilat⁹ ad clamoreꝫ hmōi pp̄li insanissimo furore dimit tit peccantē vt nulla pena pe- nitentiali eū feriat. Vel pp̄lus clamās ꝓ barraba pp̄lus vici oꝝ est ipsius confessoris. Idē vl' sil'e apud iniquos iudices frequenter fit: vt pro barraba id est pro quouis iniquo cla- mat multitudo rogantiū: cla- mat nequitia ipsius iudic̄ ac remissio vel cupiditas ei⁹. cla mant etiaꝫ munera. Et vt ad vnum dicamus: clamant oīa que a veritate ꝛ iusticia iudi- cem deuiare suadent. Clamo rem autem hmōi solus pilat⁹ exaudit: ꝛ ex fauore solus ab- soluit vel condemnat: agēs iu dicia tanq̧ sua. non attēdens

qḋ scriptū est in pmo Deute. Nulla erit distantia psonarū ita puum audietis vt magnū nec cuiusq̧ accipietis psonaȝ quia dei est iudiciū. Hic q̇dē pfus apud iniq̇s iudices clamat cōtra innocētes ne dimittanť. Qui aūt nō habent i cōsuetudine vel vnum dimittere: deteriores sūt pilato: q̇ saltem vnū dimittebat. Qui aūt neminē dimittūt: quē vel pena nō feriāt: vel a q̇ pecuniaȝ extorqueant: iniq̇ores se esse pilato manifeste oñdunt. Qḋ aūt sequiť (Habebat aūt vnū vinctū insignem). i. famosum vel nobilē (q̇ dicebať Barrabas) q̇ interptať filius patris id est diaboli q̇ atonomastice diciť pater ꝑpter īnūerā multitudinē filioꝝ. vel ꝑpter maledictū illud ꝓuilegium generationis ꝙ de bono malū generat vel de seipso genuit vt diabolus esset. Vel yronice pater diciť diabolus ꝛ ꝑ antifrasim. quia reuera non generat. sed degenerat. qꝛ genus natiuum et generositatem aufert: et generatiōem nature ꝛ gratie destituit ꝛ ḋgenerare facit. Barrabas igiť ēt diabolꝰ accipi pōt qui filiꝰ est pr̄is vt dimus. i. suꝑpsius inq̇stū diabolus. quem q̇dē vinctū apḋ se habet iudex: q̇tiens vinctū habet reū quemcūq̧. Siľr et ꝯfessor. vnḋ ꝛ totiēs ipm barrabam spūalr̄ cōdēnat et occidit q̇tiens reuȝ in eo ꝙ reꝰ est hoc est in ipso reatu q̄stum scȝ ad reatū occidit ꝛ cōdemnat. Vita q̇ppe diaboli in pctōri bus ipm pctm̄ est vel reatus. Unde et dum ligať pctōr q̇libet modo vt nō peccet vľ peccare nō possit: amplius ligať diabolus in eo. Hunc etiam barrabā ligatum apud se bȝ vnusquisq̧. quia in ptāte habet liberi arbitrij vt eū vel dimittat vel occidat spūaliter. timeat autē vnusquisq̧ sibi ne barrabam istum. i. diabolum vel veterē hominē dimittat ꝛ liberet ex illa sententia qua in iij. Reg. xxij. ad regem israel Custodi virum istum q̇ si lapsus fuerit: erit aīa tua ꝑ anima illius Hoc est rex israel iudicium tuum quod locutꝰ es. In lapsu igitur ꝛ euasiōe barrabe istius: mors est vniuscuiusq̧ nostꝝ. sed execrabili impietate aīam suam sepe ꝑ anima illius miser peccatoꝛ ponit: dum vt ille viuat sicut ex-

posuimus: eam eterne morti subĳcit. Noli igit͛ o peccator barrabā quem apud te ligatū habes: hoc est ptāti tue traditū z subiectū: noli inquā eū dimittere libez: z noli velut alter pilatus clamātē ꝑ eo exaudire multitudinē viciorū .s. tuorū aut alioz q̄rūcūqꝫ que liberationē ei⁹ tibi suggerunt z suadent. Quid ergo de his q̄ nō solum barrabam nō occidūt: nec solum apud se recipiunt vt latro sit. sed etiam dn̄m oīm que possidere debuerant cōstituunt. Hi sunt torpidi et negligentes pctōres q̄ diabolū vel veterē hoīem sibi nō solum dn̄ari ꝑmittunt sed et violētissima durissimaqꝫ tirānide ab eo se ꝑmi z affligi gaudent. Nescis o miser pctōr qz barrabas q̄ latro est z homicida sicut docet Marc⁹ .i.xv. et Lu. in. xxiij. z Joh. in. xviij ad spoliādum te intrat ad te et ad iugulādū te. Merito ergo q̄ latronem z homicidā receptare nō times: ab eo ꝑm⁹ et bonoz tuoz spūalium spoliatōem et iugulatōem pateris Sed neqꝫ eccl'iasticam censurā formidas. nec vereris fidelitatē qua deo teneris violare dū excōicatissimū barrabā receptas. z hostē dei atrocissimū nō solum apud te hospitio recipis sed et ꝯtra deū defendis. Si g͛ iudex es forēsis exhorre pilati nequiciā: q̄ cuz detrimēto iusticie voluit placere pplo adeo vt latronem z homicidā z seditiosum dimitteret z innocentē crucifigeret Si ꝯfessor es: nō min⁹ hāc infidelitatē detestare et memēto qz p̄co et carnifex institut⁹ es vicioz: nō nutrix: nō lactator nō applausor atqꝫ defensor. sꝫ hoc totū sine dubio d̄bes virtutib⁹ z nouo hoī. Attende g͛ quāta sit iniq̄tas si contrario mō te gesseris videlicꝫ si carnifex z lictor sis virtutū et noui homīs. vicioz ꝟo nutrix atqꝫ patron⁹. Si aūt iudex tuiꝑ ꝯsius es q̄ es q̄tiēscunqꝫ teipm examinas: z de corrigēda vita tua apud temetipm deliberas. Caue ne te ibidē pilatuꝫ exhibeas vt diabolum vl' veterem hominem absoluas. et teipsum non solum morti prime que culpe est. sed et tercie que dāṅationis est eterne subĳcias. Aīaduerte barrabaꝫ id est diabolū et christū apud te et coram te causam agere z

Aduerte q2 si diabolū dimise ris: xp̄m sp̄ualr̄ in teipso occi dis. Similiter ⁊ econuerso si xp̄m dn̄m in te sp̄ualiter libe- rauer is: diabolū occidis. Sa- tage ḡ exēplo pilati vt ip̄m li- beres. Nos aūt ecōtrario vt diabolum liberem⁹ ⁊ xp̄m oc cidam⁹ satagimus. plerūq3 pi lato in hoc ip̄o neq̇ores. Quo tiens em̄ de pctō perpetrādo apud nos deliberam⁹: q̇d ali ud q̄ꝫ xp̄m in nobis occidere satagimus: ⁊ diabolū libera- re q̇ apud nos tā diu vinctus tenet' q̄ꝫdiu nosipsi vincul' sa- pientie salutar is vincti et cōpe dib9 eiusdē cōpediti tenemur. hoc est q̇tienscunq3 dei timo- re ⁊ amorē a malis coercemur Ligatus igit' apud nos est di abolus et simil'r vetus hō: vt nihil p nos vel in nob possit q̇tiens nosipsi sic xp̄o dn̄o al- ligati sumus. de qua alligatu ra Eccl. vj. Vincula illius al ligatura salutaris. Sil'r ecō- trario vinct⁹ est xp̄s apd nos sp̄ualr̄: qn̄ ad bona facienda ligati sumus vinculis prauo rū desideriorū. sicut sepe ostēdi m⁹ ex. v. Prouer. Funib9 pec catorū suorū q̇sq3 cōstringitur. Ligatio ergo nr̄a xp̄i dn̄i est: non passione et veritate sicut sepe diximus neq3 cōpassiōe. quia nec pati nec cōpati pōt de cetero. sed quia ipse cessat operari bona in nobis ⁊ p nos qn̄ nosipsi bona operari desisti mus. illū phiberi qn̄ nos phi bemur ab hoc. et ligari qn̄ li- gamur nos. Sil'r q̄ꝫtum ad h' hic in nobis dicit' Rex em̄ ali q̇s et superare et superari in suis cum p se nihil agat aut patia tur vsitate dicitur. Dimitte er go vinctum xp̄m dn̄m: ⁊ occi de in te diabolū. Libera vitā tuā .i. gratiā ⁊ occide mortē tu am .i. culpā. Noli fauere iniq multitudini et noli dicere cū pilato multitudini (Quē vul- tis dimittā vobis barrabam an Jesum q̇ dr̄ xp̄s. Sciebat em̄ q p inuidiā tradidissēt eū) Rugitū et eiulatū audiuit fe- re pessime que inuidia est: et pe titōeꝫ fauorabilissimā noluit audire iusticie (Sedēte au tē illo p tribunali: misit ad eū vxor eius: dicens. nihil tibi et iusto illi) ⁊c. Vxor p̄sidis sp̄ū- aliter nulla recti⁹ intelligit' q̄ꝫ iusticia. huic em̄ debet toto amore piūgi et adherere. hāc debet totis visceribus amplexa ri. Ex hm̄oi cōmixtione gene

rare debet filios iusticie, generatione. s. rectorū que bn̄dicet̄ Soboles ista rcā iudicia sūt et semite iudiciorū. Uxor ista mittit ad p̄sidem velut q̄ndaȝ nunciū rectitudinis cogitatōnem, q̄ quidē nuncius aduersus oēm iniquā accusationeȝ nihil rectius aut ꝯuenīēti⁹ dicere potest p̄sidi q̄ȝ (nihil tibi ⁊ iusto illi) q̄ iniq̄ accusat̄. Cogitatio ꝟo rectitudinis nūci⁹ est ipsi⁹ iusticie, ab ip̄a em̄ mittit̄: q̄ qd̄ diximus ip̄i p̄sidi interius loquit̄, nec debet esse p̄ses q̄ vxorem istā nō habuerit A p̄side em̄ soboles quā dixim⁹ quaȝ nec ex adulterio nec ex alia vxore gignere p̄t. Sic ergo vxorati .i. hmōi vxorem habentes: soli tribunalib⁹ p̄ficiendi sunt. repellendi ꝟo fornicatores q̄ cum iniq̄tate q̄libet fornicant̄, neq̄ em̄ est fas neq̄ possibile vt aliunde oriatur iudiciū q̄ȝ ex iusticia. Peruersissimi igit̄ sunt q̄ de iniusticia volunt gignere iudiciū. Spadones aūt ⁊ vim generatiuā nō habētes ad generādā sobolē rectitudtnis: reputat scriptura eos q̄ hmōi vxore caruerūt. Uñ Ecc̄i. xx. Cōcupiscētia spadonis deuirginauit iuuenculam. sic q̄ facit p̱ vim iniquū iudiciū. Uñ iudex q̄si ius dicens vel iur̄ dictator intelligit̄. Qualr̄ auteȝ ab eo ius dicendū sperat̄ q̄ solam iniq̄tatē in corde habuit cū ip̄sa ꝟitate testante: de abūdantia cordis os loq̄ necesse sit. Nō potest n̄ esse iudex iniquus q̄ aures claudit ad vocem iusticie. (Multa inq̄t vxor pilati passa sum p̱ visuȝ hodie ꝓpter eum) Ad lr̄am q̄ꝓpe demones multiplr̄ instabant apud vxorē pilati: ⁊ p̱ eā apō pilatū vt sic xp̄s dn̄s libaret̄. sȝ h̄ q̄dē nō amore liberatōis sed vt fructus impediret̄ passionis. A q̄ apparet neq̄cia iudeoꝝ q̄ nec deo nec demonibus acq̄escere voluerūt vt ip̄se liberaret̄. Nō q̄dem de⁹ p̄r vellet eū liberari. sed q̄ ip̄i ex inuidia et iniq̄ssima volūtate ip̄am mortē xp̄i sitiebant. ⁊ p̱pter boc totis eam viscerib⁹ p̱curabant. Demones autē q̄si minori neq̄cia eam impedire moliebant̄. ⁊ totū boc p̱ iusticiam ⁊ sub obtētu iusticie cui sil̄e sepissime diabolus opatur. quotiens nanq̄ tribulationē fructuosam patiētib⁹ cognoscit esse: eam auertere mo

lit: ꝛ ꝓſpitatē ꝑ viribꝫ ꝓcurat q̄buſcunqꝫ ſcit eaꝫ eſſe ad ꝑniciem. Ex q̄ accidit vt etiā miniſtrꝭ iuſticie nōnunq̄ꝫ ſuadeat ſub obtentu mīe vel etiā iuſticie ab eis q̄ diſciplīe ſūt deſiſtere: videns diſciplinaꝫ eſſe fructuoſam patiētibꝫ. vñ ꝛ facile errāt miſtri iuſticie in his niſi eos vnctio docuerit. ꝑ iuſticiā nāqꝫ ꝛ mīaꝫ coꝝ nititur obtinere ꝛ impugnare ſubditos. Verbi gr̄a. cū delicq̄t aliquis infirmꝰ vel leuiter: ſi nouit eum diabolus impatientē et infirmū ad portāda ea que diſcipline ſunt: inflāmat p̄latum eius q̄ſi ſub p̄textu iuſticie ꝛ rectitudinis vt illuꝫ grauiter aut obiurget aut puniat cui ob nimiā teneritudinē ipſa obiurgatio vel pena diſciplinarꝭ vertit in mortē. et hoc q̄a ꝑ ipſam incidit in iram vel odiū mortale aduerſus p̄latū. Vides ergo qualiter ꝑ ipſaꝫ prelati iuſticiam deducere conat ſubditū ad ire vel odij in iuſticiam. Similiter ꝛ cū per miſcdiam p̄lato ſuggerit impudēti ꝑcere ꝛ ꝑtinaci ſubdito nihil aliud intendit niſi impunitate vicia nutrire. Timēda eſt igit preſidentibꝫ aſtutia iſta diabolica q̄ ꝑ virtutes eorū aut iflāmare aut nutrire conat vicia ſubditoꝝ. ꝛ vnde occidi debuerant vicia inde eadem ſuſcitare. qđ plerūqꝫ diabolicū aſſerit: eoꝙ p̄lati attendere aut nolunt aut negligūt. aut neſciūt quid ſubditis expediat. ſed ſolūmodo merita pōderant q̄ſi ad retribuendū tm̄ p̄ſideant: et nō ad ꝯſulendū potius ꝛ medendū. Vxor igit iudicis forēſis iuſticia ſit: eo ꝙ ptās eius legibꝫ q̄dāmō limitata eſt ꝛ teſtimonijs atqꝫ ꝓbatōnibꝫ. vt eū excedere nullo mō liceat. Eiꝰ em̄ tribunal publicis vtilitatibꝫ neceſſe eſt ſeruiat q̄ maxime ꝑ iuſticiam ꝯſeruant: qꝛ ꝑ eā ꝛ coercet audacia: ꝛ tuta ē inter improbos inocētia. ſicut dicit Iſidorus

Vxor vo p̄nialis iudicis ſit pietas: vt eius ſtudium maxime ſit penitentis obuiare periculo ꝛ ſaluti cōſulere. q̄ duo compaſſio ipſa et affabilitatꝭ dulcedo maxime obtinebunt

Vxor vo vniuſcuiuſqꝫ examinātis ſeipm atqꝫ dijudicātis ſit charitas. i. ordinatus et rectus amor dei. Per hāc em̄ ſolā ꝛ barrabas occidit. i. diabolus ꝛ vetus homo: ꝛ xp̄us

absoluitur et nouus hō: modis quos diximus. Audiat ergo iudex forensis iusticiam allegantes pro innocētibus. Penalis pro misericordiam interpellantē pro peuntibus. Unusquisque autem apud seipm charitatē suadentem pro dei filijs hoc est pro nouo homie qui filius est gratie et pro christo dño q̄ filius ē nature. Alioqn vnusqsq in suo cōsistorio vl' auditorio aduersus xpm dñm se exhibebit pilatum. (Multa inqt passa sū p visū hodie ppter eū) Multa patit iusticia in iudicio vbi abundat iniusticia. oēs q̄ppe inique allegationes: oēs iniq suasiones velut iacula sunt q̄bus ipsa cōfodit. Multa ibi patitur vbi vsq ad mortē suā talia patit. sed oīa per visū patitur. i. in visu. omes em̄ istas passiones suas videt. vnde et per synderisim vl' cōscientiaz clamat a vulneribus z passionibus: sed clamorē istuz surda aure pterit iudex iniquus Vicia z viciosi qcqd patiunt totum p cecitatem et in cecitate patiunt. illa em̄ tenebre sūt z isti in tenebris. Idē de charitate z pietate dicēdū: que q̄dem multa patiunt in viris suis adulterātibus. sed clamātes illi nō audiūt: quia lōge ab ipsis sunt z nuncios eoz nō recipiunt vt qd p eos petūt faciant. Sequit. (Principes aūt sacerdotū z seniores popli psuaserunt pplis vt peterēt barrabā Jesum pro pderent) Uide puersitatem eoz iuxta lrāz Ad hoc pfecti erant pplis vt eos ab iniquitatibus auerterent z eis salutaria suaderent Ipsi aūt vt salutem abijciant et pdant z vt diabolum z pditionē expetant psuadent: qrū neqcia plati nostri tpis sequūtur: dū subiectis sibi pplis vel suggestionibus vel exēplis: maxime vt a christo dño auertātur suadēt. Nihil aūt phibet p principes z seniores intelligi magistratū vicioz quez supra diximus. hic pro magistratus pplis z minoribus z subditis tanq ineruditis et infirmis facile suadet omnem iniquitatem. (Respondens autem p̄ses ait illis. Quem vultis vob de duob dimitti) In optione erronee mltitudinis totuz ponēs (At illi dixerunt Barrabā. Dicit illis pilatus. Quid igit faciā de Jesu q dicit xps) q. d. qualr ipm in me

ipso occidā. Utinā et hoc ini
qui iudices ītra semetpsos di
cāt (q̇d faciā de iesu q̄ dr xp̄s)
nō tm̄ q̇d faciā de hoīe inno-
cente. In suis em̄ se iudicari
crucifigi testat̄ xp̄s dn̄s. Qd̄
si iniq̇ iudices attēderēt ꝓcul
dubio a cōdemnatiōe innocē
tum se auerterēt. sed vt sepe di
ximus ignorāt q̇cq̇d ꝯtra su-
os agit̄: cōtra ipm agi. (Dicūt
omnes crucifigat̄) Tota im-
pia mltitudo suggestionū: vi-
cioꝝ ꝛ demonū que ꝑ sugge-
stiones ꝛ tentatōes clamat in
corde peccare d̄liberātis: hoc
solū clamat vt ipse crucifigat̄.
Et hoc duob; modis. q2 ꝑpe
tratio peccati crucifixio est et
mors spūalis: quā postmodū
sequit̄ gehennalis. Aperi au-
res miser ꝛ audi qiud contra
te inclamet multitudo sugge-
stionū ꝛ tentationū tuaꝝ. hoc
solū inclamat tibi corā deo iu
dice vel teipso vt crucifigaris
vel vt crucifigat̄ in te nouꝰ hō
Attende te oīno absurduisse
q̇ hanc vocē hmōi impie mul
titudinis nō audis. Quis em̄
eā audiat et nō exhorreat. sed
miser pctōr blādiri sibi putat
impiā multitudinē que nihil
ei nisi mortē inclamat et adeo
obcecatus est vt crucē ꝛ mor-
tem vtrāq; ꝑ tentatōez sibi ob
latā velut gratissimū acceptet
exeniū. Quis em̄ nō videat q̄
gaudio mors ipsa culpe ꝑ ten
tationem excipit̄. Potest ēt in
telligi multitudo vicioꝝ ꝛ pec
catoꝝ clamare in auribus d̄i
(crucifigat̄) vel ipsa mltitudo
demonū. ꝓpter qd̄ ꝛ diabolus
accusator dicit̄ in. xij. Apoca.
Proiectꝰ est accusator fratruꝫ
nostrorū: q̄ accusabat eos an̄
cōspectū dei nostri die ac no-
cte. Ul' q2 supra diximꝰ xp̄m
dn̄m typū gerere pctōris oēs
sacri doctores ꝛ p̄dicatores et
oīs mltitudo eoꝝ q̄ recte sapi
unt clamāt dictꝭ ꝛ factis d̄ ve
tere homīe ꝛ pctōre: vt crucifi
gat̄. i. cruci pniāli affigat̄. hoc
em̄ clamāt oīa sacra eloq̄a et
oīa sctōꝝ exempla vt vetꝰ hō
crucifigat̄. Ul' pōt intelligi d̄
xp̄o dn̄o: de q̄ oēs hoīes ipsa
miseria sua ꝛ indigētia ꝛ si nō
ꝟbis clamāt vt crucifigat̄. oēs
em̄ oīno p̄cio mortꝭ eiꝰ ꝛ sacri
ficio īdigēt. sic dicit apl's i. iij.
ad Rom̄. Oēs peccauerunt ꝛ
egent glīa dei. Clamat igit̄ in
eis mis'ia ꝛ d̄fectꝰ: ꝛ si n̄ ligua.
Ul' moral'r īstruimur vt oīm
nr̄oꝝ hoc est cogitationum et

affectionum sit iste clamor vt crucifigatur. hoc est vt totum qd in cõfessione aut loquimur: aut cogitamus: accusatio nostra sit et mortis penalis expetitio. neqꝫ enim ibi quisqꝫ legitur dixisse absoluatur vel dimittatur: preter iudicem. sic et ex parte nostra nulla debet audiri vox excusationis aut dimissionis: sed solus iudex debet stare pro nobis. quemadmodum pilatus videbatur stare pro dño. qd quidem et faciet si oẽs cogitatiões et affectiões nostre et locutiões in cõfessiõe dixerint (crucifigatur) Nostrum enim hoc solum est dicere qꝫ crucifigatur. iudicis aũt penalis tantum absoluere et pro liberatione nostra satagere. quia iudicium illud mie solius est et absolutiõis. Quanto aũt humilius et integrius vnusquisqꝫ nostrum hoc de se coram deo clamat scilicet vt crucifigatur tãto amplius a pilato queritur eius dimissio et absolutio. Tutus aũt est qui pilatũ coram deo habet aduocatũ. sicut enim supra diximus pilatus os malleatoris interpretatur. hic qui fabricator est oim. vt ait Salomõ. qui fabricatus est aurorã et solẽ. Os ergo dei patris habet aduocatũ cuius os humiliter et fideliter hoc contra ipm clamauerit. vñ pilatus secundum Matheum dicit (Quid enim mali fecit) secundum vero Johem (Ego aũt nullam in eo inuenio causam) quibus verbis manifeste dñm Jesum absoluit. Sed tamẽ ipsi iudei non desistunt: volentes clamore et improbitate atqꝫ tumultu extorquere sanguinẽ innocẽtis a iudice. (At illi inquit magis clamabãt dicẽtes: crucifigatur) Crescit enim eiulatus inuidie et dolor et clamor simul de pace et de prosperitate proximi. eo qꝫ videt elõgari a se sanguinẽ quem sitit. et ad cuius haustũ arentibus et flãmeis faucibus inhiat.

Moraliter vero quanto amplius pro vnoquoqꝫ pctõre apud patrẽ interpellat xps dñs: tanto ipse in orõne vel cõfessione amplius contra seipsum clamat et hoc signũ sue liberatõis est et absolutõis. Totum enim qd sic clamat de miseratõe et interpellatiõe dñi saluatoris accipit. (Uidens aũt pilatus quia nihil proficeret sed magis tumultus fieret: accepta aqua lauit manus suas corã oi pplo dicens. Innocẽs sum a sanguine iusti huius: vos videritis) Quia vt ait Lu. i. xxiij. (At il-

li instabāt vocib⁹ magnis po stulantes vt crucifigeret͛ ⁊ in ualescebāt voces eorū) Quē admodū em̄ canes rabidi nō sustinentes sibi auferri cadauer ad qđ lacerandū ⁊ deuorandū dētib⁹ ⁊ tot͛ faucib⁹ inbiant, solo latratu cū nō possint ampli⁹ insequunt͛. Qđ autē đr hic (quia nihil pficeret) subintelligit͛ ad placandū populū ⁊ satisfaciendu3 eisdem. Inuidia q̄ppe et odium nunq̄ iusticia ⁊ veritate placātur sunt em̄ belue q̄ꝝ rugitus cōpesci non potest: et quarū fauces nisi sanguine ⁊ morte impleri non possunt. Moraliter ꝑo nihil debet apud nos absolutio iudicis p̄nialis: nihil pene ipsi⁹ exolutio pficere: q̄n inualeant voces orationū ⁊ ↄfessionū nostraꝝ ↄtra nos q̄n semꝑ clamemus nos esse peccatores ⁊ crucifigi dignos Vn̄ Ecci.v. De ꝓpiciatu peccatoꝝ noli esse sine metu. Similiter ⁊ Lu.xvij. Cum oīa feceritis q̄ precepta sunt vob dicite serui inutiles sum⁹. Qđ aūt pilat⁹ lauit man⁹ suas vt īnocentiā suam ↄtestaret͛ ⁊ eis incuteret horrore3 sanguis ħ fecit, nec tn̄ innocēs fuit, neq3 em̄ ad eiulatū inuidie ⁊ rugitum leonū ⁊ latratū canū rabidoꝝ debuit innocētē eis lacerandū tradere, sed discussis testimonijs atq3 ꝓbatōib⁹ potius ius dicere. Nec ꝓfuit ei ablutio illa exterior manuum que man⁹ eius plenas sanguine innocētis reliq̄t, sicut ⁊ fauces iudeoꝝ eiusdē sanguīe plene fuerunt. Potestate q̄dē occidebat dn̄m Jesum: que3 tn̄ et ore iuste cōfitebat͛: ⁊ verbis absoluebat, ꝓpter hoc dicim⁹ q̄a manib⁹, i. ptāte occidebat. vn̄ ⁊ manus ei⁹ cruētate remāserunt. Sanguinē em̄ īnocētis de manib⁹ ei⁹ aq̄ illa nō abstulit: q̄ ptātem ei⁹ innocente3 nō reddidit. Sunt aūt ⁊ hodie multi potentū q̄ pilatū in hoc imitant͛: existimātes se reos nō esse sceleꝝ q̄ ptāte eorū patrant͛: ⁊ si manib⁹ alijs, sed q̄ gladiū tradit furenti: re⁹ est sanguinis indubitāter quem fundit. Nec aliud est ptātem dare ministris nequā q̄3 gladiū dare in manus diaboli, ⁊ hoc est armare diabolū. Oēs q̄ppe neq̄cie opatores: man⁹ diaboli sunt. Fortassis etiam insinuat iudicib⁹ pilat⁹ in hoc facto vt manus suas aq̄ peni

tudinis et cõfessionis lauent vt innocẽtes sanguie xpi se efficiãt cui⁹ q̃dem rei sunt dum iusticiã et veritatẽ nõ defẽdũt p quib⁹ sanguis christi ille p̃ciosus effusus est. dũ ecclesiã aut ipsi opp̃munt: aut opp̃mi sustinent: q̃ preciũ est sanguis eiusdẽ. dũ em̃ iniq̃tatẽ aut p̃ciũ q̃dcũq₃ dñari aut regnare in subdit sustinẽt: q̃tum in eis est rursum crucifigunt dei filiũ. mariẽ cũ ptãte eorũ peccatũ defendit. Nõ em̃ stat p hmõi homies q̃n ipse iterum crucifigat et q̃n eodẽ precio illos q̃s pire sustinent ipse repetat q̃s semel emit. Hec aũt ablutio aptat sacerdotib⁹ symoniacis ⁊ alijs indigne celebrantib⁹. Rei em̃ sunt corpis et sanguis dñi. sicut legit i. xj. p̃me ad Cor. Ipsi em̃ in fine misse suas lauant man⁹ q̃s q̃dẽ reas hñt corpis et sanguinis dñi qd indigne tractauerunt. sed q̃si cũ pilato manus abluũt tanq̃ inocẽtes a sanguine illo p̃cioso. sed aqua illum reatum non tollit de manibus sicut nec de manib⁹ pilati quondã abstulit. Confessores aũt moraliter instruunt vt manus suas lauent a sanguine ↄfitentiũ. qd q̃dem faciunt si se oĩno seruauerũt innoxios. vt ↄfitẽtib⁹. s. nõ noceant. ⁊ fideles vt eos sc₃ fidelr iuxta officij sui exigentiã adiuuent. Vel docent manus suas aq̃ confessionis ⁊ penitudinis lauare. q₂ officiu₃ illud vix sine p̃iculo agit. Vix enim mũdis manib⁹ cõtrectant immũdicie. et vix tũores saniosi et vulnera sanguiolẽta p̃mũt absq₃ inq̃natõe p̃mẽtiu₃. Vel iõ man⁹ suas lauare docẽtur Quia vt ait Grego. Munda debet esse man⁹ q̃ alienas sordes diluere curat. De hoc vo qd dic (Vos videritis) q. d. iuxta literã vosipi cauete vobis in parte ista Ego em̃ minister legis sum: qualem mihi traditis attendite: totu₃ vobis imputetur. Sic et confitẽtibus moraliter debent dicere confessores: vos videritis. id est. vosipsi cauete vobis. quia ex confessiõibus et testificatõib⁹ vr̃is oportз vobis ↄsuli. Sic et iudices dicere debẽt litigãtib⁹: vos videritis. sc₃ qualia i iudiciũ deduxerit: ppter qd et iuramentũ de calũnia institutũ est. Nos em̃ iudicare opotet ex testimonijs ⁊ pbatiõib⁹

non ex nostris ɔsciētijs ⁊ nostris diuinatõib⁹. Hoc idē debent dicere ɔfessores sacr̄ doctoribus eos sc; ɔsulentes. q. d. (vos videritis) quid nobis in isto officio sit agendū: qualiter cõfitētib⁹ ɔsulendū. Nõ eñ de nostro eis ɔsulendū est sed de vestro. Ars eñ medicine spūalis q̄ occurrēdū ē morbis ⁊ vulnerib⁹: penes vos ē. Idē debet facere q̄ seipm̄ diiudicat. (Et respondit vniuersus p̄pl'us dicens. Sanguis eius sup nos et sup filios nostros) Verbū q̄dē optatiuū; sed intētõne pessima: eo mõ q̄ supra dixerat eis i. xxiij. vt veniat sup vos oīs sanguis iust⁹. Intelligūt ergo (sanguis eius). i. pctm̄ effusiõis sanguinis eius vel pena (veniat sup nos) Optandū q̄ppe erat immūdis vt sanguis ille mūdissim⁹ sup ipos veniret ad emūdationē. sicut legit in. ix. ad hebreos. Quāto mag̃ sanguis christi q̄ p spūmsctm̄ obtulit se imaculatū deo: emundabit ɔsciam nr̃a; ab opib⁹ mortuis ad seruiendū deo viuenti. De quo Esaie. lij. Iste aspget gētes mltas sāguie suo ad emūdationē. Hoc est qd̄ dixerat Iacob in penul. Geñ. de iuda in typo eius. Lauabit i vino stolā suā ⁊ in sanguie vue palliū suū. Stola ista ⁊ pallium ecclia ē. Vinū ⁊ sanguis vue. sanguis el⁹ sunt. de q̄ Iohan. in p̄mo Apoc. Qui dilexit nos ⁊ lauit a peccatis nostris in sanguine suo. De hoc ipse sup. xxvj. Hic est sanguis meus noui et eterni testamēti q̄ p multis effundet in remissionē pctõꝝ. Hoc idem apl's in. ix. ad Heb. signasse dic̄ moysen. Lecto inq̄t omni mādato legis a moyse vniuerso populo: accipiēs sanguinē vituloꝝ ⁊ hircoꝝ cū aq̄ ⁊ lana coccinea et ysopo: ipm̄ quoq; librū et oēm p̄pl'm aspsit dicēs. Hic est sanguis testamēti qd̄ mādauit nobis deus. Tabernacula ⁊ oīa vasa ministerij similiter sanguie aspersit. Hoc est quod legitur in Apoc. xix. Et vidi celū aptū ⁊ ecce equ⁹ albus: ⁊ q̄ sedebat sup eū vocabatur fidelis et verax ⁊c. ⁊ vestit⁹ erat veste aspsa sanguine ⁊ vocabat nomē eius verbum dei. Aspsus est igit sanguis xp̄i sup oēs suos in emūdationē ⁊ sctificatiõem. Aspsus est sup totam ecclesiam vt

sup vestez suā q̄si sanguis nu
tricis: vt eam purpureā et re-
galem vestē efficeret. aspsus ē
in ablutionē vt diximus. Sz
ceci iudei nec in ablutionē eū
sup se venire petebāt: cūz eēnt
īmundissimi. imo toti⁹ mūdi
lauacrū sibi fecerūt inq̄namē
tum. Nec ip̄m petebāt sup se
venire in sanctificatōem: cum
essent pctōres ꝛ scelerati. imo
diabolico miraclo de ipso to
tius mūdi sacramēto et sctifi-
catione execrationē ꝛ abomi-
nationē hauserūt: ꝛ de mundi
recōciliatōe cumulū offensaꝝ.
Non petebant illū venire su
per eos ad tinctōem vt essent
purpure ꝛ vestꝫ regia. sed po-
tius illo cruentati sunt: quod
et petijsse videnť. Propter h̄
belue principū rapaciū ꝛ cu-
pidoꝝ eos cruētatos insequū
tur ꝛ deuorant atq̧ diripiunt
Simil'r et volucres inferna-
les. Oīa em̄ hic ꝓpter xp̄i san-
guinē quem velut belue sitie-
bāt ꝛ expetebāt. Vox em̄ bel
uina est petitio sanguinis. vn̄
et ipse in. xxj. p̄s. ꝛ leones ꝛ ca
nes vocat Libera me inq̄t de
ore leonis: ad patrē: ꝛ de ma-
nu canis vnicā meā. Unde ꝛ
ipse p̄ Hieremiā in. xij. Facta
est mihi hereditas mea sic leo
in silua dedit cōtra me vōcem.
ideo odiui eam. Quid em̄ ali-
ud est petitio sanguīs ꝛ mortꝫ
nisi rugitus leonis. Mora-
liter ꝓo oēs accusantes iniu-
ste hoc ip̄m facto dicūt ꝛ si nō
verbis. Eo em̄ ipso ꝙ querūt
morte alij p̄ inuidiā ꝛ odiū vt
iudi xp̄o dn̄o sanguinē ꝛ mor
tem quam expetunt: meli⁹ im
p̄canť venire super seip̄os fa-
cto q̄ȝ si verbis id exp̄sse pete-
rent. Unde nō debet aliq̄s re
pente ꝓsilire ad accusandum.
sed p̄mū apd̄ se discutere vtꝝ
hec audeat imp̄cari sibi Sā-
guis em̄ eius quē accuso sup
me. Alioq̄n veniet sup eū san
guis cui⁹ effusionē iniuste ꝓ-
curauit. Idē cauēdū est in iu-
riscōsultis tā diuini q̄ȝ huma
ni: ne sanguis illoꝝ q̄ consilio
eoꝝ regunť super eos veniat
qd̄ q̄dem fiet si quantū in eis
est nō recte consulerint. In iu
deis tn̄ impletū est ad literam
sup q̄s pena sanguinis xp̄i tā
ta venit p̄ Titum ꝛ Uespasi
anū: vt oēs vel trucidati sint:
vel facti vagi et ꝓfugi p̄ mun
dū. His dūtaxat exceptis qui
cruentatōem istā sanguīs xp̄i
ꝛ inq̄natōem p̄ fidem ꝛ cōuer

sionem in sanctificationē mu
tauerūt ꝛ purpureā tinctionē
sicut apparet de his q̄ applicu
erunt in flandriam. Est aūt ꝛ
hec vox (sanguis ei⁹ sup nos
et sup filios nostros) veraci-
ter penitentiū et penā pnīalez
sponte ꝛ hilariter suscipienti-
um. quasi dicāt. pena mortis
noui hoīs ꝛ pena mortꝫ chri-
sti quē spūaliter in nobis occi
dimus: sup nos sit. hoc est il-
lam sponte ꝛ hilariter subim⁹
Uel pena ei⁹ merito sup nos
veniet: eterna scꝫ ꝛ gehennal'.
q̄si di. illaz meruim⁹. ꝛ est ſm
hoc vox cōfessionis. Uel po
test esse vox fidei sup hoc sen-
su (sanguis eius sup nos et su
per filios nostros). i. opa no-
stra. i. plus potest ad nostram
pacē ꝛ reconciliatōem q̄ȝ nos
ꝛ opa nostra. Uel aliter. plus
potest nobis remitti p eum et
dari per christi sanguinem q̄ȝ
nos demeruim⁹ ꝛ opa nostra
Hoc est: maius est sacrificiuz
sanguis xp̄i quod ipse p nob
obtulit ī ara crucis: q̄ȝ nos et
pctā nr̄a q̄ filij nostri ꝓprie sūt
q̄ȝtū ex nobisipsis solū oriunt̄
Nūc aūt ꝓseq̄ nos oportet
verba Johis ex. xix. q̄ lati⁹ cō
tinent disceptationē cum Je-
su ꝛ aduersus eum habitam.
(Tunc ergo inquit appre-
hendit pilat⁹ Jesum ꝛ flagel-
lauit) manib⁹ ministroꝝ vl' mi
litū subintelligit̄. sua tñ aucto
ritate. Et hoc iuxta lr̄am fecit
vt flagellis vtrūqꝫ mitigaret̄
rabies eoꝝ: ꝛ pietate super fla
gellatū mouerent̄: et ab impe
titione mortis eius desisterēt.
Moral'r ℘o tunc. i. cuz vox
ꝯfitentiū est (sanguis eius su-
p nos ꝛ sup fi. no.) vt dixim⁹.
tunc ꝑmū ꝯfessor app̄hēdere
pōt penitētes: vt flagellet vel
duris obiurgatōib⁹ vl' penis
penitētialib⁹: cū ipsi eas expe-
tunt ꝛ hilariter subeūt. Neqꝫ
em̄ inuito pnīa iniūgēda est.
ne pctīs veterib⁹ addat̄ trans
gressio. Impij ℘o cōfessores ī
hoc pilatū imitant̄ q̄ ꝯfitētes
q̄dāmodo vi ꝛ ptāte app̄hen
dunt: nō vt se offerāt inducūt
App̄hendūt aūt vt flagellent
vl' virga supbie que est in ore
stulti. sicut legit̄ Prouer. xiiij.
et hoc dū iracūde ꝛ indignan
ter iusto durius eos increpāt
Hoc em̄ est flagellū lingue d̄
q̄ Job. v. A flagello ligue ab
scōderꝫ. Et. xxvj. Ecc̄i. in mu
liere zelotipa flagelluz lingue
oibus cōicās. hoc flagello pi-

latus. hoc cõfessor impius flagellat confitentes. et hoc nõ potestate tm̃ et austeritate. qr vbi eger se tradit oĩno curandum medico: nõ est opus virga. sz spũ lenitatis. Flagellare vtiqz licet veterem hoĩem cõfessori sed nouo remanẽte illeso. nec prodest aspitas que infert veteri si desit suauitas qua refouẽdus est et reficiendus nouus homo. Mistice pro oĩs iniquus iudex et oĩs tirãnus in mẽbris apphendit Jesum et flagellat: dum subditos iniuste capit et affligit. Quasi pro dentibus eum apphendũt et flagello linguarũ suarum flagellant qui blasphemijs eum percutiunt. Xpus aũt ligatus ad columnã et in ecclesijs pingitur: intelligi potest mistice columna ista ecclesia. De qua aplus in iij. prime ad Thim̃. Vt scias inquit quõ te oporteat cõuersari in domo dei q̃ est eccl'ia dei viui: colũna et firmamentũ veritatis. huic colũne alligatus est vĩculis charitatis. Alligatus fuit etiã eidem quasi quibusdã vinculis vniõis nature et fraternitatis et aliarum necessitudinũ quasi et frater eius et filius et mẽbrum nobilissimũ. sm qz hõbis vinculis alligatus est ad hanc columnã vt flagellaretur. Jn martiribus pro q̃ ad exẽplũ eius flagellati sunt columna ad quam ligati sunt vt oĩa immobiliter pferrẽt: ipe christus dñs ẽ. De q̃ Eccl. xxiiij. Ego sapia in altissimis inhabitaui et thronus meus in colũna nubis. De q̃ Exod. xiiij. Erat nubes tenebrosa et illũinans noctẽ. Et iterũ. colũna nubis priora dimittẽs post tergũ stetit. Vide qz alligatus erat paulus huic columne in. viij. ad Ro. Quis inqt sepabit nos a charitate xpi. Jn patiẽtibus pro et disciplinatis colũna patiẽtia ẽ: cuius basis spes. Spes nãqz patientiã supportat. alioqn decidit. Jn penitẽtibus pro et pnialia flagella sustinẽtibus colũna cui alligandi sunt: spes ẽ recupande grẽ et venie. Jn sustinẽtibus pro flagella tẽtationũ colũna est firmitas ppositi. i. firmũ ppositũ nõ relabẽdi de cetero Jn colũna penitẽtiũ basis est mĩa dei q̃ spem eorum totam supportat. Jn colũna tẽtatorum velut basis argentea est auditus sacrorum eloquiorum. illo enĩ necesse est vt supportentur et roborentur. Alioquin necesse est

eos deficere sub flagris tenta
tionū. In corde meo inq̇t ab
scondi eloquia tua vt nō pec
cem tibi. Q̃ꝫ aspere ergo flagel
leť hodie xp̃s in suis a p̄sidi-
bus impiis ⁊ p̄latis ⁊ cōfesso
ribꝫ nequā: a q̇bus oībus li-
berari debet vt diximꝰ: a pau
cis videť ⁊ a paucissimis luge
tur. (Et milites plectentes
coronam de spinis imposue-
rūt capiti eius) Milites q̇ ei
militant: q̇ negociis seculari-
bus se nō implicant, sicut legi
tur in. ii. secunde ad Thimo.
predicatores et doctores sūt
qui pctōres velut spinas a ri
gore suo ꝑ hūilitatem plecten
tes: ⁊ vincul' charitatis et mu
tuoꝝ obsequioꝝ inuicem col
ligantes eos in decorē ⁊ gl'iaꝫ
xp̃o dn̄o velut coronam coa-
ptant, a q̇bꝫ licet prius pūctio
nes hoc est ꝓpter merita eoruꝫ
in passione ꝑtulerit, eos tn̄ ve
lut coronā gl'ie ꝯuersos obti-
net ⁊ gl'ificatos obtīebit. hoc
eī illa spinea corona significa
uit: cetum scꝫ pctōꝝ xp̃o dn̄o
in gl'iam ⁊ honorem tandē co
aptandū. Peruersi xp̃o prela-
ti qui diabolo militāt: coronā
de spinis ad tormentū siml' et
ludibrium xp̃o dn̄o plectunt,
dum circa eius spūale caput:
hoc est honorem clericalē vel
ecclesiastice dignitatis malos
coaceruāt. Tot igiť spinas in
coronam eius quaꝫ diximus
implectūt q̇t malos in eiꝰ ec-
clesia instruunt, ⁊ lōge pūgen
tioribꝫ spinis eum hodie coro
nant: et maiori ludibrio q̃ꝫ mi
lites pilati q̇ndam coronaue
rūt. Q̃ aūt pctōres spine sint
ex. xxiii. scd'i Regū. palam est
in nouissimis verbis Dauid.
P̄uaricatores inq̃ꝫ quasi spine
euelleňť vniuersi q̇ nō tolluňť
manibꝫ. et Esa. xxxiii. Spine
congregate igni cōburentur.
vbi simil'r loquiť de peccato-
ribus. Coronam etiā spineaꝫ
xp̃o dn̄o ad ludibrium ⁊ tor-
mentuꝫ imponit: q̇ ei gl'iam ꝑ
pctm̄ q̇dlibet querit, qd̄ ple-
rūq̄ꝫ fit. Unde ⁊ in captōe cō
stantinopolitana ipse dn̄s Je
sus apparuisse cuidam diciť
et dixisse, q ꝓplus ille cruce si
gnatoꝝ scꝫ exercitus me rur-
sum corona spinea coronauit
quod ideo dictū videť q2 per
rapacitatē ⁊ cupiditatē suam
forte vnitatis ei gl'iam ecclesi
astice acquisiuit et scisma sub
mouit, q2 et si iuste hoc impa
uit summus pōtifex: tn̄ multi

in exercitu illo sub ptextu obedientie potuerũt ɔsulere auaricie sue et cupiditati. q̃si igitur exterius gl'ia eccl'iastice vnitatis ⁊ obediẽtie sue coronabãt dñm, interi⁹ aũt aculeatis intentionibꝫ et spineis ipm pungebant. Eodẽ mõ ⁊ vnusq̃sq꜄ p modulo suo de spinis pctõrũ suoꝝ xp̃o dño coronã glorie plectit dũ remissionẽ eorũ ei attribuit ⁊ p ea illũ glorificat. Sil'r ⁊ q̃ eadẽ ei dimittẽda: q̄a debita sunt. ille ꝓo misericors. Et q̄ꝛ morbi ⁊ vulnera sunt: ille ꝓo salus ⁊ medicina. et q̄ꝛ sordes sunt: ille ꝓo in ablutionẽ sanguinẽ suũ fudit offert dimittẽda: sanãda: lauãda. ipm em̃ in hmõi glorificat Eodẽ mõ q̃ victoriam pctõꝝ suoꝝ ei soli attribuit: coronã q̃dãmõ victorie de spinis peccatoꝝ suoꝝ eidẽ plectit. Qui ꝓo de peccatis suis gloriatur aut p pctã victoriam quãcunq꜄ aut gl'iam acq̃rere molitur q̃dãmodo corone spinee ludibriũ ⁊ tormẽtũ capiti ei⁹ circũponit. Quid em̃ aliud intelligẽda est spinea corona q̃ꝫ gl'ia q̃libet vel victoria p pctã acq̃sita. aut gl'ia ipsa de pctis ⁊ iõ de spinis. Quas spinas dum nobis gloriã facimus et gaudium: christo dño ɔuertimus in ludibriũ ⁊ tormentũ. Non solũ in nobis spũal'r vt supra exposuimus, sed etiã q̃ntuꝫ in nobis est psone sue hoc facimus. Quis em̃ dubitet quin gloria nostra de offensis eius et gaudiũ de iniurijs q̃s ei intulimus essent ei ad ɔtumeliam ⁊ tormentũ: nisi impassibilitas ei⁹ et gloria phiberet. q̄a et si psona sua hoc est inq̃ꝫtuꝫ hõ est non moueret: et hoc patientia sua ⁊ hũilitate facientibus. hoc zelo tñ rectitudĩs p dei honore et gl'ia necesse haberet indignari ⁊ zelo domus dei comedi. Hoc ideꝫ et in penitentibus iuxta moralem intelligentiã necesse est fieri. Capiti em̃ ⁊ cordi penitentis circũdanda est spinea corona: h̄ est cõpunctio que velut corona caput id est cor penitentis exornat. ⁊ tanq꜄ de spinis cõplexa exulcerat ⁊ cõpungit ita vt sanguis inde defluat lacrimarũ. Hec debet totuꝫ caput circũcingere. i. totũ cor vt vis rõnabilis p cecitate sua et tenebris ⁊ erroribus et turpiuꝫ vanarũq꜄ cogitationũ inq̃nationibꝫ et occupationibꝫ dole

at et lugeat. Et vis ꝯcupisci-
bilis ꝑ oĩbus gaudijs ꝛ tristi
cijs ꝛ desiderijs turpibꝫ et no
xijs. Et vis irascibilis ꝑ oibꝫ
leuitatibꝫ ꝛ vanitatibꝫ: ꝑturba
tionibꝫ: audacijs: pusillanimi
tatibus: ꝛ ceteris que ad ipaȝ
ptinent noxijs stimulet̃ dolo-
ribus: ꝛ sanguĩe defleat lacri-
marum. Alioq̃n non est coro
na nisi totũ cõpunxerit ꝛ exul
cerauerit. Et h̄ est quod dr̃ in
ij. Joelis. Nũc ergo cõuerti-
mini ad me in toto corde vr̃o
dicit dñs: in ieiunio ꝛ fletu et
planctu. hoc est vt totum cor
ieiunet: totum fleat: totũ plan
gat. Et merito flagellationem
sequit̃ spinea corona. qꝛ sacrã
obiurgationẽ et etiã corꝑaleȝ
afflictionẽ sequi debet cõpun
ctio. Alioq̃n fere desperanda
salus flagellati medico coro-
na ista ludibrij et supplicij vi-
det̃. sed cã pie hũiliterqꝫ por-
tãtibꝫ: coronã honoris ꝛ glo
rie ꝑmeretur. Cuiꝰ exemplũȝ
et meriti ꝛ retributõis in chri
sto domino claruit. In eadeȝ
etiã corona que sit terreni re-
gni gloria nobis ĩsinuat̃. In-
tus em̄ spectãtibus terreni re
gni gloria: non est nisi ludibri
um et tormentuȝ. Si videas
murem dñari ceteris muribꝫ:
nunq̃d risum teneas: quasi lu
dibriũ est dñatio muris ĩ mu
res. sic et hominis in homĩes
puta q̃ terreni regni coronaȝ
gestat. si stultus est ad ludibri
um aliorũ ꝛ tormentũ ꝓprium
eam gestat Alijs em̄ spectacu
lum obprobrij ꝛ irrisiõis can
ticũ: q̃si si asinus coronatꝰ ap
pareat: aut paruulus vel insa
nus. Hec em̄ duo genera ho
minũ coronis ludificari solẽt
sicut et adhuc stulti reges co-
ronis suis ludificant̃: ꝛ omni
bus recta sapientibꝫ sunt ob-
probrio. Est aũt corona ĩ par
uulo ꝛ in asino ludibrium. q̃a
dedecet eos. queadmodũ di-
cit̃ Prouer. xx. Non deceȝ ser-
uum dñari ꝑncipibꝫ. Et iteȝ.
xxvj. Queadmodũ nix in esta
te et pluuia in messe: sic inde-
cens ẽ stulto gloria. Quis aũt
dubitet stultuȝ ꝛ paruulũ esse
et insanũ interius q̃ntũcunqꝫ
canescat eius asinus exterius
Quia igit̃ indecẽs est ĩ eo hu-
iusmodi gloria: indubitanter
est in eo ludibriũ. Qꝛ aũt ꝛ ad
suppliciũ ipsi testimonio sunt
qui hoc de se omnes testificã
tur. Si autẽ sapiens est: non
est dubiũ q̃n sit ei ad ludibria

um. Ludibriū dico ipsi⁹. ipse
eñ seipsum in statu illo ludi-
brio habet et irrisioni: dum se
indignū hmōi corona et eam
sibi indecentez reputat Quin
aūt sit ei ⁊ ad tormētū dubita
ri nō potest. Sapiens debi-
te sollicitudinis redditor ē sp
in subditos, oīmq; labores ⁊
dolores: oīmq; pic'la subdito
rū velut ingentem fascē spina
rū sup se congestā portat. Oi-
bus eñ malis subditoꝝ pun
gitur: exulcerat: oīm honori-
bus honorat Sicut de seipo
docet apl's i xij. scd'e ad Coꝝ.
Quis infirmat ⁊ ego nō infir
mor. Manifestū igit est q2 co
rona terreni regni: noīe q̇dez
corona est et insigne regni. in
terius aūt ludibriū et tormen
tum. Eodez modo dicim⁹ ⁊
de multitudīe maloꝝ xp̄iano
rū. quia noīe tm̄ corona chri-
sti sunt. interius aūt q̄ntum in
eis est sunt ei ludibrium ⁊ tor
mentū. Ludibriū. vñ ipsemet
dicit ꝑ Ezech. in. xxxvj. No-
men sanctum meum polluist̄
in gentibus. Tormentū. sicut
sup̄ exposuim⁹. Non eñ stat
per eos q̇n peccatis eorū do-
lore cōpassionis et etiā passio
nis iterum cōpungat vl' pun
gatur. Et sicut. lxij. Esaie. ipse
met dicit ad ecclesiam electoꝝ
Et eris tu corona glorie i ma
nu dñi ⁊ diadema regni i ma
nu dei tui. Sic ⁊ eccl'ia repro
borū q̇ solo noīe deum hono
rare vident: corona sunt ei spi
nea. hoc est ludibrij ⁊ supplicij
Ad hunc modū manifestum
est totū cetū virginū fraterna
charitate seinuicē cōplectētiū
sertum esse ex lilijs virginita-
te candentib⁹ ⁊ eiusdem odo-
re fragrātib⁹. Similiter cetuz
martirū sertum esse roseum q̊
christi caput redimitur. Et ce
tum cōfessorum ꝓpter lumio-
sitatē doctrinaruz: coronā esse
stellarum. Et cetum humiliū
sertum esse consertū ex violis
Et cetum zelantium. i. zelo re
ctitudinis ardentiū: eiusdē sal
uatoris capiti in gloriaz ⁊ de-
corem circundatum dubitari
non pōt. Caput eñ xp̄i deus
sicut dicitur in. xj. p̄me ad Co
rinth. Diuinitati igitur chri-
sti q̄si circūdat⁹ in modū serti
ex lilijs vernantissimis ꝯserti
adheret totus cetus ille virgi
ne⁹. Manifestū ē ḡ q2 milites
isti xp̄m dñm coronauert spi-
nis ad ludibriū ⁊ suppliciū s3
q̄si falsa fuit hmōi coronatio.

imo reuera ꝑabola est corona cōis quā diximus. Vnđ tāto maiori ludibrio atqȝ supplicio tātoqȝ pūgētiorib⁹ spinis coronat euȝ hodie xp̄m in ea ē multitudo maloꝝ noīe solo ei circūdatoꝝ: q̄nto maior ē veritas ip̄a sua ꝑabola et figura Qm̄ aūt credit̄ hm̄oi coronā ex iuncis rigidis et aculeatis fuisse: manifestuȝ est ex eo qđ dicit̄ in .xxxv. Esa. quia corona ista typus est p̄mū et figura hereticoꝝ. In cubilib⁹ in q̄t vbi habitabant dracones viror calami et iūci orieẗ. vbi viror calami studiū p̄dicandi atqȝ docendi: viror iūci studium audiēdi atqȝ discēdi: iuxta intelligentiā sacroꝝ doctoruȝ accipit̄. Iunc⁹ aūt q̄ ex aquis nascit̄ et in aculeo q̄ntūcunqȝ creuerit cōsūmat̄: q̄d aliud q̄ȝ hereticū designat. quē aq̄ scripture genuit: ꝛ in aculeū blasphemie q̄ christi caput. i. diuinitatē tandē pungeret nutriēdo ꝑduxit. Om̄es em̄ hereticos aqua scripture genuit. sic̄ legit̄ in. viij. Exodi. quia fluuius ebulliuit ranas. i. garrulos hereticos. Fluui⁹ scripture. et rane nanqȝ ꝛ pisces laudabiles ex eadē aqua gignuntur. et oīs heresis ex aq̄s scripturarū ꝛ originē habuit ꝛ fomentū. Quia igit̄ isti in clero maxime et prius abūdauerūt qui cler⁹ caput q̄dāmō christi sp̄ūale et misticū accipit̄. Vel quia in xp̄i diuitatẽ q̄ caput eius intelligit̄: lacerandā atqȝ pungendā blasphemijs se totos exacuerūt heretici merito corona ex iuncis aculeatis cetus eoꝝ intelligit̄. Ipsi nanqȝ xp̄o dn̄o se esse i decorē ꝛ gloriā: imo se solos xp̄i esse ecclesiā mētiunt̄. Vel corona huiusmodi cet⁹ noīetenus clericoꝝ cōgrue accipit̄. Hos em̄ sola affluētia tp̄aliū que in ecclesia est sola vt eēnt clerici genuit Ex aqua em̄ hm̄oi abūdātie tm̄ clerici facti sunt: hoc est vt ditarent̄ ꝛ deliciarentur in eccl'ia. Quēadmodū autẽ iūcus de toto hūore quē hau rit solū nutrit̄ in aculeū. sic et isti ex aqua abūdātie tp̄aliuȝ se nutriūt ꝛ inalcant ꝛ acuunt in peccatū. Hm̄oi ergo cetus aut malis necessitudinib⁹ aut cognatōe: aut malis fauorib⁹ cōiuratōib⁹ ꝛ innūeris inhonestis colligatōibus in coronā spineā xp̄o domino fact⁹ ē hoc est in contumeliā et ludi-

brium. Propter eos em̄ christianū nomen maxie blasphemat̄ z eo℞ turpitudinē eccl'ie dei exprobrant hodie oēs ei⁹ hostes. hoc est iudei heretici et gentiles. Quia ꝑo de iunc; etiā pgamenū fit: vt in eo scīa descripta seruet̄: merito p iūcos clerici accipiēdi ex q̄bꝫ libri vite cōpingendi sunt et calamo spūssancti.i.lingua docto℞ inscribendi. vt sint alijs libri vite p sciam quā cōtinēt Sed palā est q2 p maiori pte ad hoc inepti sunt vt in pgamenū spūale extēdant̄ z vt in scriptionē istā recipiant. Omino em̄ animales et ad ea que dei sunt indociles se ostendūt

Cū ergo clerus armariū deberet esse in ecclesia z librariū in claustro dñi: cōtinēs oīa sacra volumina: z bibliotheca spūalis: factus est eidez in coronam spineam vt exposuimus. Sed neq3 structura ad ornatum z decorem in domo dñi ex hmōi iuncis fieri pōt: dum se per tribulationē z cōtemptum ab hūoribus et radicibus suis abcidi nō patiūtur: z p humilitatem et patiaz iacere et pedibus gradientiū atq3 ꝯculcantiū substerni nesciunt: q̄n potius ad deturpationem erecti z rigidi et ad ritas aculeati stāt in domo domini. Sed neq3 ex hmōi iuncis accēdi possunt lucerne vl' lāpades in domo dñi. Accēdunt̄ q̄dez ex eis lucerne z lāpades in ecclesia sathane duz omī ardore vicio℞ flāmescūt et oīmode euidentia turpitudinis elucescunt. sed oleo dulcedinis z miscōie ibui et igne charitatis vel spūsancto ardere z lumē alijs ministrare nō possunt oīno Sufflat̄ in eos assidue z admouetur ignis sacro℞ eloquio℞: infundit̄ oleum dulcedinis z miscōie. z sic etiam accendi nequeūt. qđ inde pfecto est. quia radicis sue aquositatē que eos genuit vt clerici essent z nutriuit vt diximus: deserere prorsus nolunt quin potius assidue in ea per amorē et sollicitudinē demergant̄. Infundit̄ aūt eis oleuz diuine miscōie z dulcedinis: dum beneficia sua de⁹ eis largitur siue tpalia vel spiritualia. vel dum fit eis rememoratio illo℞. His his iuncis nec instrumēta fieri possunt ad piscanduz in fluminibus egipti mundi hui⁹. Omino em̄ per

candū deū inducūt. de timore Esa.xix. Erit terra iuda in pauorē egypto. Terra iuda h' est terra cōfessiōis qd est dñi cum corp⁹: facta est egipto.i. gentilib⁹ obtenebratis in pauorē. Et Abacuc.iij. Dñe audiui auditū tuā ⁊ timui in medio duū aīaliū.hoc est in medio duoꝝ latronū cognosceris Et si diligentius verba triū euāgelistaꝝ q̄ sup hoc loquunť pensauerimus: tria in visione dñice passionis ⁊ coꝝ que tunc facta sunt euidenter nobis insinuanť. Primū ē timor sanctus hoc est offense q: dei filiū in nobis spūal'r totiens crucifigim⁹ q̄tiens mortaliter peccam⁹. totiēs ī alijs q̄tiens eos iniuste affligimus vel ad peccandū ptrahimus. Centurio eñ etiā turba q̄ ad spectaculū dñice passiōis aduenerat figura est oīm spiritualem dñi saluatoris crucifixionē in seipsis videntiū.i.pctā sua cognoscentiu;. de q̄ sctūs timor offense pmū nobis incutiť.p eo vic; q: dei filio tantam in nobis cōtumeliā irrogamus. Unde ⁊ Cēturio cōfiteť. Uere hic homo fili⁹ dei erat. Reuera eñ de vtroq; illud vere diciť q̄a ⁊ dei fili⁹ est p naturā et ille q̄ cruci pctī se affixit dei filius erat. Secundū ꝑo est iugis gratiarū actio pennis .p tanto beneficio dei glorificatio. Terciū ꝑo penitentia est quā maxime nobis cōmendant verba Luce dicētis q: oīs turba ⁊ milites tundentes pectora sua reuertebātur. Primū igiť est dñice passionis misterium videntib⁹.i. intelligentib⁹ timere seu dolere de tanta offensa quā peccātes ei q̄dāmodo innouamus Scōm ꝑo cōfessione glorificare ipm. Tertium ꝑo p penitentiā quasi crucē portādo .p priam reuerti ⁊ illū seq̄. Dictice ꝑo cēturio q̄ gētilis erat q̄ post obtenebratos iudeos ⁊ velū sacramētoꝝ reseratum credit ecclīam de gētib⁹ excecatis iudeis crediturā figurauit. Qd aūt dicitur in verbis Math. (Erant ibi mulieres multe a lōge q̄ secute erant iesum a galilea ministrantes ei: inter q̄s erat maria magdalena ⁊ maria iacobi ⁊ salome et mater filioꝝ zebedei) nō mediocriter ptranseundū videtur. In mulierib⁹ eñ que tā sedulo tātaq; teneritudine dilectō

nis xp̄m dn̄m secute: et h̄ ministrātes ei plati veri nois rectectissime intelliguntur. Hi enim mulieres in scriptura vocant̄ qz matrū spūaliū z nutricum debent habere z affectū z sollicitudinē. vn̄ z ɔgrue dicunt̄ ministrātes ei. Ministri eniz debent esse z toti⁹ ecclie dei et singulorum plati. Si ꝟo igit̄ affectiōe z sollicitudine seq̄ debēt pctōres dū eos liberare neq̄unt: saltē cōpassionē ipsis exhibeant z lacrimas post illos dū vel ad crucē pctī ducūtur vel in ea pēdent. vnde z nulla nomiat̄ hic q̄ nō nomiet̄ maria vel mater. Q̄ autē a longe stetisse dicunt̄: innuit. qz longe debet esse a pctōrib⁹ p scie z vite eminentiā. licet ꝓpe eos esse debeāt p cōpassiōis teneritudinē z officij sui sollicitudinē. Et bn̄ a galilea fuisse dicunt̄. hoc est: a reuelatōne vel a trāsmigratōne. qz reuelatos debent hr̄e oculos q̄ alijs ꝓuisores ɔstituti sunt z trāsmigrasse debent iā de veteri conuersatōe ad nouā q̄ duces in hoc i alijs p̄mittunt̄. et ð rota mundi: quia galilea rota īterp̄tat̄: maxime assumēdi sūt ad regimē aīarum q̄ z tentationum picula expti sunt. nec cōfessiones pctōrum abhorreant et p̄cipitij temeritate de eis iudicēt. q̄ em̄ tentatus nō est: q̄d scit. vt ðz Ecci. xxxiiij. Et ibidē. q̄ nō est exptus pauca recognoscit. Et ampli⁹. Qui tētat⁹ nō est qualia scit. Inter has ḡ p̄ma noiat̄ maria magdalene z maria illūinata vl' illūinatrix interp̄tat̄ z maris stella et illuminans. Primū em̄ platos illuminatos esse z deinde illūinatores aliorum. Primum. s. doctos: et deinde doctores esse oportet. disciplinatus em̄ debet p̄cedere magisteriū. Deinde stella maris oportet eē eos qz in celo fixos p amorē z desiderium: hūilitate puos videri lōge a terra p ɔtēptū terrenorū: lucidos sacra doctrīa: portūq3 z parcam p mare mundi hui⁹ nauigātib⁹ oñdentes. demū ꝟo dños non vtiq3 subditorum qz illis vt diximus mīstri ɔstituti sunt: et illos nō debēt seruos s3 filios z ɔfratres habere. Sed dñs vtiq3 mēbrorū suorum z viliū z que extrema sunt tpalium. Nihil em̄ turpius in plato ecclīastico z nihil officio eius adeo incōgruens vt seruit⁹ viciorū. Nihil

aũt in eo cõuenientius liber-
tate ista ⁊ dñatõe. Interp̃tat᷑
eñ maria amarũ mare. Ma
re eñ debet esse p̃latus.i. cõ-
gregatio vt oĩa fluenta doctri
naꝝ ⁊ grãrum in ip̃m defluãt
et tñ nõ redũdet vel crescat in
sup̱biã. Sicut legit᷑ in primo
Eccs. Oĩa flumĩa in mare in
trant et mare nõ redũdat. oĩa
etiã flumina tentationũ ⁊ tri-
bulationũ in ip̃m intrare de-
bent. ita tamẽ vt ipse non re-
dundet p̱ impatientiã aut cõ
sensus seu delectationis reflu
xum. Omnia etiã flumina ali
enoꝝ peccatoꝝ in ipsum ĩtra-
re debent per alueos ꝯfessio-
num: ⁊ ipse inde nõ redunda
re per contemptũ et asperna-
tionem confitentiũ: vt nec il-
la infundat in confitentiũ ob
probriũ et contemptũ: nec in
vanam gloriã crescat: aut ela-
tionẽ intumescat ex eorũ susce
ptione: queãdmodũ mare ⁊ õ
tot ⁊ tantorum fluminum in-
gressu: nec in vna gutta redũ
dat aut crescit. Magdalena
ꝓo ĩterpretatur magnifica vl'
p̃munita vel turrensis seu de
fensibilis: que omnia omni-
no congruunt prelatis ⁊ ani-

marum rectoribus. nihil eñ
cõueniẽtius sedet in corde p̃-
lati q̃ꝫ magnanimitas seu ma
gnificentia. Unde ad Josue
dicit domin⁹ in p̃mo. Cõfor-
tare et esto robust⁹. Nihil eñ
in duce exercitus perniciosi-
us reperiri potest q̃ꝫ pusillani
mitas. quoniã pusillanimita-
te sua non solum ip̃e concidit
animo: sed etiam oẽs bellato-
res deijcit. Debet etiam p̃la-
tus esse p̃munitus hoc est pre
alijs munitus vel premuni-
tus per scientie clipeuꝫ. vt ait
Gregorius. vt et pre ceterꝭ ip-
se iacula tentationum ⁊ tribu
lationum perferat et alios p̃
scientie clipeo muniat. De-
bent etiam turrẽses esse: vt in
turre. hoc est in arce: non so-
lum speculationis et prouisi-
onis vt speculator inhabitet:
sed etiã vite sublimitate subdi
tis sup̱eminere: et hũilitate q̃
nihil magis splẽdescit in cer-
uice pontificis lõge subditis
sup̱esse. Turris eñ in oĩni ar
ce atq̃ꝫ p̃munitione sp̃uali hu
militas intelligenda est. Tur
rensis sibi debet esse de inha-
bitatõe turris hui⁹ ⁊ turritus
vt in cõg̱atiõe subditi murati

simpliciter videant. Ipse ꝓo quasi turrili altitudine eis supereminent. Sequit (maria iacobi ꝛ Joseph mr̄) Jacobus luctator vel supplātator, item supplantās festinantē vel supplātator cōsilij interptat. Prelatus igit debet esse mr̄ omnium supplātantiū atq3 luctātiū spūalr, hoc est oīm eorū q̄ vel strenuitate certandi mundu3 et carnē ꝛ demonia eijciūt. vl q̄ astutia sapīe q̄si supplātantes vincunt. Itē omniū eorū q̄ cum dn̄o luctant et benedictiōe3 ab eo iprobitate orōnū extorqueāt, sicut Jacob fecisse legit in. xxxij. Gen̄. Et omnium eoꝝ q̄ fratrē suū ꝓmogenitum hoc est aīalem veterē hominē in seipsis supplantant et a possessione q̄dāmodo hereditatis deijciūt. Vetus eni hō ꝛ nouus sicut caro ꝛ spūs fratres sunt. Sed vetus hō siue aīalis ꝓmogenitus, sicut legitur in. xv. pme ad Coꝝ. Et ꝓus quod aniale est deinde qd̄ spūale, vitā g̃ totā sibi vendicare vult tanq̄3 hereditariā in vnoq̄q3 nostꝝ aīalitas, sed eā spūalitas p bn̄dictiōe3 pripit ꝛ aīalitatē supplātat Deīde sequit (Et ioseph mr̄) Quia matrē se exhibere d̄bet plat⁹ toti⁹ augmētī ꝛ cuiuslibet crescētis spūalr. Joseph igit interptat crescēs vel augmētū, et significat illos q̄ vel in seipsis spūalib⁹ d imersiōib⁹ crescūt in generatiōe alioꝝ sicut doctores et p̄dicatores. Sequit. (et mr̄ filioꝝ zebedei) zebede⁹ donatio seu donatus. mater g̃ filiorum zebedei: mater est filiorū donationis. filij donatiōis q̄ xp̄o dn̄o donati sunt oēs electi accipiunt. de quib⁹ ipemet dicit in. v. Joh. Om̄e qd̄ dat mihi pater ad me veniet. Et ī viij. Nume. de leuitis specialr dicit: dono donati sunt mihi Aduertendū est aūt q maria d̄r bis, vt duplex amaritudo q̄ maꝛie in platis esse debet insinuet. Prima est amaritudo zeli. de qua d̄r, zelus dom⁹ tue comedit me. Scd̄a est amaritudo cōpassiōis. de q̄ apl's in iiij. ad Gal. Filioli mei quos iteꝝ parturio, ꝛ de vtraq3 ī. xij secūde ad Coꝝ. Quis īfirmatur ꝛ nō infirmor. Quis scandalisat ꝛ ego nō vror Similr ꝛ mr̄ bis dicit. vel ppter duplicem sollicitudine3 quā debēt gerere de subditis, spiritualē, s, ꝛ tp̄alē, vel ppter ma

trum duplex officiū. pariendi scȝ ꝛ educandi In quibꝫ duobꝫ potissimū cōsistit platoꝝ officium. Quatuoꝛ ꝓo noīa magnitudine Jacobꝫ Joseph et zebedus q̄tuoꝛ insinuāt q̄ maxime q̄rere debēt plati in subditis. Primū est munitio. s. vt in loco tuto sint et munito q̄si in turri. Tp̄e em̄ belli ad arcē cōfugiendū ꝛ in ea solūmodo manendū. Secūdū est lucta hoc est strenuitas sp̄ūalis certaminis ad quā docere debent subditos et modis oībꝫ aīare. Terciū est augmentū et ꝑfectus sp̄ūalis ad qḋ iugiter hoꝛtādi sunt. sicut dicebat Petrus in. ij. prime canonice sue. Lac inq̄t ꝯcupiscite vt in eo crescatis in salutē. Quartū ꝓo gratitudo est p quā filios donatōis se recognoscūt ꝛ nihil hr̄e boni nisi donatum. vt in arce igit̄ seu turre cōmoret̄ q̄a foris nō est nisi moꝛs atq̄ ꝑditio In mōte inq̄t dn̄s ad Loth. xix. Gen̄. saluum te fac. Primū cōmendādi sunt subditi vt strenue ac sapiēter contra diabolū dimicent: ꝛ aīandi. qḋ intelligit̄ in iacob. vt ī donis seu datis crescāt et talēta sibi cōmissa multiplicēt qḋ intelligit̄ in Joseph. vt totum diuine donatiōi tribuant. s. et q̄ in arce tuti sūt: ꝛ q̄ in luctu supioꝛes: ꝛ q̄ in donis dei crescunt. hoc est: totā securitatē suā: totum ꝑfectū: totā victoriam: soli diuine dn̄ationi tribuant q̄ in zebedeo intelligūtur. Sequit̄ in ꝟbis Math. (Et cum sero factū esset venit q̄daȝ homo diues ab arimathia noīe Joseph q̄ ꝛ ipse discipl'us erat iesu) Scd̄m marcū in. xv. (nobilis decurio) q̄ aūt essȝ nobilitas: q̄ ve diuitie Lucas aperit in. xxiij. di. Qui erat decurio vir bon⁹ ꝛ iust⁹: hic nō consensat̄ ꝯsilio ꝛ actibus eoꝝ: hic accessit ad pilatū s̄m lucā ꝛ Math. et petijt corpus Jesu. Marc⁹ ꝓo scribit (ꝛ audacter introiuit ad pilatū) Coꝛp⁹ iesu ecclesia est iuxta misteriū q̄ adhuc in cruce p̄n̄tis miserie penitentie ꝛ disciplīue tota pendet ꝯfixa. Joseph ꝓo p̄latus quicūq̄ est q̄ debet esse ioseph crescēs duobus modis q̄s diximus. Idē igit̄ ē accedere ad pilatū ꝛ petere corpus Jesu qḋ ingredi ad pharaonē ꝛ dicere: dimitte populū meū. ꝛ ideȝ typ⁹ ibi pharaonis et hic pilati. Hoc

igitur est officiū platoꝝ accedere ad pylatū ꝛ petere corp⁹ Jesu. hoc est petere ei q̄etē a pilato: ꝛ hoc in bono sicut superius illud accepim⁹ Quietē aūt intelligimus hic a p̄sentibus erūnis. Jn malo ꝟo pilatus tipū gerit diaboli et mundi ꝛ veteris hoīs: et vniuscuiusqꝫ qui seipsuꝫ in cruce pctī suspensum detinet. Jsta ḡ debet esse instantia ꝛ sollicitudo platoꝝ obtinere. s. liberatōem corpis iesu ab hmōi cruce. h̄ est liberatōem eoꝝ q̄ debēt eē corpus eius misticū a peccato. Et recte dicitur ab arimathia fuisse. Arimathia em̄ interp̄tat̄ vigilia donatiōis dn̄i vel suscitās donū dn̄o. ꝺ vigilia igit̄ donatōis dn̄i. i. de sollicitudīe sp̄uali velut ciues et indigene debent esse plati. nō debent esse de dormitatōe iniq̄tatis. ꝛ debent esse suscitantes donū dn̄o nō iram. q̄ ꝛ suscitare debēt mortuos ī pctis vt se offerāt donū dn̄o. ꝛ īpetrare p̄plo dona grāꝝ a dn̄o. Debet esse plat⁹ nobilis decurio. i. nobil' in decalogi intelligētia sil' ꝛ obseruātia. n̄ debet esse sic̄ vn⁹ de p̄plo in eis q̄ dei sūt. hoc em̄ est qꝺ magna ira sua minat̄ dn̄s Esa. xxiiij. Et erit sicut pplus sic sacerdos. Quib⁊ em̄ p̄sunt plati dignitatis officio: trāscēdere debēt et meritis. Diues debet eē platus duobus modis. Primo mltitudine ꝛ magnitudīe gregū. vn̄ Prouer. xiiij. Jn multitudine ppli dignitas reg͛. et ī paupertate plebis ignominia p̄ncipis. Mltitudinē igit̄ subditoꝝ debet hr̄e fideliū Unꝺ ꝛ inter diuitias Job nūerant̄ septē milia ouiū. Debet eē diues auri celestis sapīe ꝛ argēti sacre eloq̄ntie. Diues debet eē frumēti vini ꝛ olei sp̄ualiuꝫ q̄ tātū pplm pascēdū suscipit Nō em̄ de pauc͛ granis tanta mltitudo refici p̄t. Et dꝫ eē discipulus iesu. De scola q̄ppe illi⁹ sola assumēdi sūt rectores aīaꝝ: ꝛ sub eo vt vsualr̄ dicit̄ debēt incipe q̄ ad magisteriū sp̄uale p̄mouent̄. vn̄ et ad pilatū dicit dn̄s iesus. Interroga eos q̄ audierūt scꝫ discipulos. soli em̄ illi de sacra doctrina ꝛ disciplina audiēdi sūt ꝛ interrogādi q̄ eam audierūt Mꝫ ꝟo dicit̄: occult⁹ p̄pter metū iudeoꝝ: hoc est cōfitentiuꝫ

seu laudantiũ: ad hũilitatẽ re
ferenduʒ est: q̃ ꝓpter hmõi me
tũ oẽs xp̃i discipulos facit oc
cultos. Qđ aũt addit Lucas
q̃a erat vir bon⁹ ꝛ iustus q̃ ex
pectabat regnũ dei: q̃ nõ con
senserat cõsilio ꝛ actib⁹ eorum
paucis ꝟbis disciplinatũ dñi
cõprehẽdit. Doctrina ꝛ disci-
plina dñi ꝑmuʒ viros efficit.
sicut ecõtrario carnis prudẽ-
tia ꝛ sapiẽtia mũdi ꝛ scola dia
bolica ꝑuulos. Sapĩa em̃ et
virt⁹ virũ efficiũt. ꝛ scola xp̃ia
na scola est sapiẽtie ꝛ virtutũ
ꝓpter hec clamat sapĩa in pri-
mo Prouer. Usq̄ q̃ paruuli
negligit ĩfantiã ꝛc. Deinde fa
cit bonos hoc est dulces ꝛ be
niuolos in alios. Tercio iu-
stos hoc est veraces atq̄ fide
les in deũ ꝑmũ ꝛ deĩde in ali
os. Quarto suspẽdit spe ad fu
tura ꝛ auellit a p̃sentib⁹. Ois
em̃ disciplus xp̃i xp̃ian⁹ Pri-
mũ est vir hoc est robust⁹ i se.
Deinde bonus in alios. Ter
cio iust⁹ qđ põt intelligi disci-
plinat⁹ ẜm vnũ modũ. Quar
to ꝟo spe fix⁹ in celestib⁹. In
p̃s. tñ tria tm̃ ꝯtinere videtur
xp̃iana doctrina. Bonitatem
inq̃t ꝛ disciplinã et sciaʒ doce
me. qđ est: fac me bonum ꝛ iu
stũ ꝛ scienteʒ seu sctm̃. in quo
bono scʒ scĩa virilitas est atq̄
robustas. Uñ Prouer. xxiiij.
Uir doctus est robust⁹ ꝛ va-
lidus simil'r ꝛ spes futurorũ.
Scientia em̃ que est vna bo
ni et mali cognitio a fallacib⁹
bonis. i. presentibus quoscũ-
q̄ illustrat: abducit et abstra-
hit: ꝛ ad vera que futura sunt
pertrahit et suspendit. Qđ au
tem dicitur quia audacter in
troiuit ad Pilatum satis in-
nuitur in hoc quia magnifici
cordis atq̄ magnanimi de-
bent esse prelati. Unde ꝛ mo
yses arguitur a domino in ter
cio Exodi. ꝓ eo q̄ voluit excu
sare se q̄ nuncius iret ad pha
raonem paruitate sua. Quis
ergo inquã sum vt eã ad pha
raonem et educam filios isra
el đ egipto. Et in quarto eius
dem. Iratus est ei dominus
ꝓ eo q̄ lingue tarditatẽ et im-
pedimentum allegabat auda
cter ergo eũduʒ in officiũ ꝑla
tiõis ꝛ ꝑdicatõis hoc est i exe
cutioneʒ officij q̃tiẽscũq̄ dñs
iusserit. Non em̃ est qui time
re đbeat tãti reg' nũcios! reg'
sui lr̃as deferẽs; ꝛ sigillo regio

cōmunitas. Hę sunt sacre lr̄e p q̄ꝝ cōfirmatione ꝛ testimonio christus dei patris caracter figura et imago dei cruci appēsus est, ꝛ hę sunt testamētum quod appēsione tāti sigilli ꝛ tāti testatoris morte cōfirmatum est, sicut legit̄ in .ix. ad Hebre. Autoritate igit̄ tāti regis fretus tāq₃ autētico sigillo validisq₃ lr̄is munitus pilatum spūalez dei nūcius audacter adeat: ꝛ a pilato illo supno scȝ iudice corp⁹ iesu. i. cetum p̄destinatoꝝ: vt de cruce liberet̄ peccati securus petat. vel a malo pilato sacr̄ exhortatōibꝫ et obiurgatōibꝫ. Quid em̄ est aliud sermo p̄dicatōis peccatori cuicūq₃ ꝓposit⁹: q̄₃ q̄dam dei apud pilatū petitio. Putrescit hodie corpus iesu in cruce pctī. i. cetus eorū qui corpus ei⁹ misticū esse debuerant. eoq₃ desit ioseph q̄ ꝓ liberatiōe eius interpellet, in q̄ apparet negligentia et infidelitas p̄latoꝝ q̄ corpus dn̄i iesu misticū tā horribiliter in cruce ista infernali pēdere conspiciūt: a coruis infernalibꝫ, et ceteris auibus īmundis ꝛ feris depasti vident: ꝛ ꝓ eius liberatione nō satagunt. ꝛ hoc est qꝛ ꝛ ipsi in eadem dānatione sunt. q̄₃diu em̄ in cruce ipsi pēdent tamdiu pendentē deponere nequeūt. Ve pilato deterioribꝫ atq₃ neq̄oribus q̄ dinūcios in hmōi petitiōe exaudire renuūt: cū ille ioseph audierit. Ve illis qui ꝯtradicūt dei nūcijs ꝛ officiū p̄dicationis impediunt q̄ ꝛ hmōi liberationez de cruce vicȝ peccati se opponūt. Neq₃ em̄ iudei neq₃ gētiles opposuisse se ioseph vel dn̄ici corpis depositiōem impediuisse legunt̄. Q₃ autez pilatus s̄m Marcū cēturionē interrogat: vtꝝ iaȝ eēt mortuus: sat⁹ instruit iudices animaꝝ vt non prius deponi de cruce pn̄ie vł discipline q̄₃ ibi mortu⁹ fuerit vetus iubeant. Mistice v̄o q₃ post mortē domini Jesu corpis eius liberatio ꝛ a cruce depositio impetrat̄: liberatōem significat gētilis ꝓplī de cruce peccati post mortē dn̄i p instantiā p̄dicatorū. Qd̄ v̄o sequit̄ in verbis Math. (quia pilat⁹ iussit reddi corpus) et s̄m Marcū (donauit ei corp⁹) Mistice significat carnifices spūales. i. demones q̄si autoritate diuīa et p̄cepto corpus ecclesie degē-

tibus reddituros. et ipm cetū pdicatorꝝ q̄si dono illud acce pturos. Unde Esa. xlij. Ipse aūt ꝑplus direptus et vastat⁹ facti sunt in rapinaȝ. nec est q̄ eruat in direptōnem nec est q̄ dicat redde. Et in eo dicā aq̄lone da: ꝛ austro noli ꝓhibere. Moralr̄ ꝟo oīs penitens atq̧ cōuersus: ꝛ se reddi dño quia suūpsius debitor erat. et sc q̄dāmodo dat dū ex charitate se offert dño. Aliter pilatus iussit reddi corpus. sic et ī multis instātia pdicatorꝝ corpus obtinet: dū corpalr̄ tm̄ h̄ est exteri⁹ tm̄ ꝯuertunt. Solum em̄ corpus iussit reddi pilatus. velut igit carnifices pilati solum corpus reddūt qui corpalis ꝯuersatōis sue solaȝ supficiē ꝛ sarpillariā offerunt Abbates ꝟo ꝛ priores de aiabus monachorꝝ suorꝝ parꝝ solliciti: iubent de cruce disciplinae claustral' mira facilitate deponi corpa monachorꝝ suorꝝ: dū ea relaxāt ad corpales delicias. ꝛ hoc q̄dē mlta facilitate. Quid igit aliō est iussit abbas vel por vt de cruce disciplinae hm̄oi vl' sapīe pnīe in q̄ corpus tuū pendebat relaxes in tuā pnīciē: nisi q̄ pilat⁹ iussit reddi corpus. Qui ꝟo apo iniq̄s iudices ꝓ innocentum liberatōe supplicāt: iosepb isti us imitant exēpluȝ. Iniq̄ ꝟo iudices plerūq̧ instātia eorū iducti: iubēt reddi corpa: retētis sibi facultatibus eorꝝ. ibi g̃ veraciter dr̄ Pilat⁹ iussit reddi corpus: dum nudū innocētem dimittūt. Uñ Job. xxiiij Nudos dimittūt hoīes indumēta tollētes. Nudū em̄ redditū fuit corpus dñi iesu. similiter ꝛ in his q̄ corpe solo regioni se reddūt vt vulgo dicit. vere dici pōt Pilatus iussus reddit corpus Qui nec corpe xpiani esse volunt deteriores sunt pilato: q̄ saltē iussit reddi corpus ad petitionē Joseph. Sequit in verbis Joh (Et pmisit pilat⁹. venit g̃ ꝛ tulit corpus iesu) in eodē Jo. Cōgruit hoc cetui doctorꝝ ꝛ pdicatorū: vt ferāt corpus Jesu. i. ecclesiā. sicut leuite q̄ndā archā federis: ꝛ vt portent eā. i. supportent eam sicut colūne: ꝛ vt portent eā patiēdo ꝛ cōpatiēdo. Uenit aūt ꝛ Nicodemus fm Joh. q̄ venerat ad Jesuȝ nocte ꝑmū ferēs mixturaȝ ꝛc. Uenit inquaȝ vt ei sepulture officiū īpēderet. Nō ei ꝓdest

ſpūaliter crucifigi ⁊ occidi pec
catores niſi ⁊ ſepultura eis ſpi
ritualis īpendatur. Abſcon-
dendus em̄ eſt vetus hō poſt
q̄ꝫ crucifixꝰ fuerit ī foſſa hūili-
tatis. Et bn̄ ꝯueniūt Joſeph
⁊ Nicodemus ad ſepulturaꝫ
dn̄i ieſu. Joſeph em̄ interp̄ta
tur augmentū. ⁊ nicodemꝰ in
cludens iudicio. q꞉ ⁊ augēda
ſunt penitēti bona oꝑa vt re-
dimat iacturaꝫ mali ꝯſumpti
tꝑis. Vn̄ tumuli ꝯgeri ſolent
ſuꝑ mortuos de terra defoſſa
vt tantū ſuꝑemineat ſepultu-
re tumulus terre circūiacenti
q̄ntū inde detractū eſt ꝓfūdi-
tati ſepulchri. Sic bona vita
penitētis tātū ſuꝑeminere de
bet bone vite p̄terite q̄ntū de
ea detractū eſt ꝑ pctā. Nō vi
det̄ ſepultura eſſe necꝫ locꝰ ſe-
pulcri: vbi circūiacēti terre n̄
ſuꝑeminet tumulus. Sic nō
videt̄ eē vera pnīa vbi p̄terite
bone vite nō ſuꝑeminent oꝑa
penitēt̄. Nicodemꝰ vō inter-
p̄tat̄ īcludēs iudicio vl' victo
ria ppl'i ſeu victor ppl'us in q̄
nobis inſinuat̄. q꞉ īcludēdus
ē vetꝰ hō vt nihil eiꝰ appareat.
et includēdus ē etiā nouꝰ. in-
cludēdus inquā qꝺ ē ꝑ timo-
rē iudicij. Sil'r ⁊ victoria ppl'i
ſeu victor ppl'us adeſſe debet
ſepulture veteris hoīs. i. pnīe
Nō em̄ expedit intrare ſepul
crū pnīe niſi victoꝝ ppl'o triū-
phato ⁊ donec victor ppl's vir
tutū aduenerit. Sic ḡ mors
veteris hoīs ip̄a ꝯtritio: ſuda
riū q̄ totꝰ opit̄ ꝯfeſſio. ipſa em̄
reuelatio turpitudinū noſtra
rū ꝑ ꝯfeſſionē: velatio eſt carū
ab oculis dei. foſſa vō. i. ꝓfū-
ditas ſepulchri hūilitas. petra
in q̄ hmōi ſepulchrū excidit̄:
eiuſdē hūilitat̄ ſoliditas. Sar
cofagū ſuꝑpoſiꝰ cuſtodia. i. ꝺ ſe
ipſo ſollicitudo. hoc em̄ ꝓprie
carnes veteris hoīs comedit
et cōſumit. vn̄ ⁊ ſarcofagū ap
pellatū putāt quaſi comedēs
carnes. Agger terre: totꝰ pctō
rū aceruus quē velut onꝰ ſuꝑ
ſe ſp ꝑiugē recordationē por-
tare debet. Lapis magnꝰ ſuꝑ
īpoſitꝰ: firmitas ꝓpoſiti ꝑſeue
rātie. Epitaphium: mort̄ me
moria: vel iuḡ pctōꝝ recorda
tio. Qui īſepultos eos q̄s ſpū
aliter atqꝫ ſalubriter occider̄t
⁊ crucifixerūt. i. cruci penitu-
dinis affixerunt derelinquūt
Primuꝫ ſeptimū opꝰ miſcdie
qꝺ ī Thobia cōmēdat̄ i. ij. o-
mittūt ſpūal'r: ſepulturā. ſ. ſpū
alē hmōi mortuoꝝ. Scꝺo in

hũaniter atq inaniter in eos crudelr agunt. feris em̃ auib infernalib depascẽdos illos et deuorãdos nudos ꝛ penitus idefensos relinquũt. imo qđ deterius vt videt exponũt et etiã apponũt. Debet igit exterioris cõuersatõis decor q̃si tumulus q̃dã: ꝛ tumulus pterite mort horrorẽ abscõdere. vt oĩno nihil ei⁹ appareat. Cõpellẽd⁹ est etiã penitẽs vt mortuũ suũ veterẽ scꝫ hoĩem sepeliat ꝛ oĩno abscondat. Mortuo em̃ nullũ spectaculũ horribili⁹ et queadmodũ oculis nature exteriorib mortuo totalr nihil est ad videndũ formidolosius: sic oculis gratie mortuo spũali et morte ei⁹ id est pctõ nihil ad videndũ horrendi⁹. Horrẽdissimũ igit de se spectaculũ facit q̃ se sic mortuũ. i. pctõrem oñdit. Quid ḡ dicem⁹ de his q̃ pctã sua ostẽtant ad gl'iam ꝛ tanq̃ laudes suas ea p̄dicãt sũmo ope studẽtes vt in hoc spectaculũ hoĩbus se faciãt: nisi q mortuos suos circumferũt: vel vt horrorẽ hoĩb incutiãt: vel queãdmodũ fieri solet vt eos ad cõpatiẽdũ seu vĩdicãdũ ꝓuocẽt ꝛ iducãt: queãdmoduꝫ in. xix.

Judicũ Leuites vxorẽ ꝓpriã nepharia pollutiõe oppressaꝫ in frusta ꝯcidit. et ꝑ singulas trib isrl' singl'a frusta misit vt eos vtiq ad cõpassionẽ iduceret ꝛ ad vindictã tãti sceler ꝯcitaret Heu si q̃s oclos oẽs plateas mũdi hmõi mortuorũ cadaverib stratas ꝛ apertas videret vt vere spũalr illđ ipletũ sit Posuerũt morticina ser. t. es. vo. ce. ꝛc. ꝛ nõ erat qui sepeliret. Per ꝯtrariũ aũt sepultura ꝯtraria ꝛ mors noui scꝫ hoĩs accipit vt fossa siue fouea in quaꝫ sepe sepellẽdus igredit aut res ipa sicq̃m male cõcupiscit aut ipa ꝯcupiscẽtia mala ꝑ ꝯsensum igit in foueam hmõi maledictã ingredit. Sudarium ꝓo ipse tenebre ignorantie vel erroris q̃niam eis oculis eius et facies tota velatur vt nõ videat. Agger ꝓo terre quem sibi superposuit turpitudo est exterioris conuersationis habit⁹ scꝫ et gestus. Vel possumus ĩtelligere aggerem ꝯsuetudinẽ ex illa autoritate. Difficile resurgit quem moles praue cõsuetudinis premit. Epitaphium ꝓo habitũ incessum reliquamq ꝯsistentiã exteriorem

ex illo Ecc͡a.xix. Amictus cor poris ⁊ risus dentiũ ⁊ ingres sus hois enũciat de eo.s.q̄s ⁊ qualis sit: queadmodũ epita phiũ. Potest intelligi et aliud epitaphiũ infamia. crucē aũt debet habere ad caput et pe dem tumuli q̄ xp̄ianã sepultu rã sp̄ualem habuit ⁊ initiũ sc3 sue salutis ⁊ ↄsũmatiõem dñi ce cruci attribuat vel vt a ca pite intellectus ⁊ cogitationũ vsq3 ad extremu3 ope℞ que p pedes intelligimus: pnia oc cupet ⁊ claudet.i. vt p oĩbus agat̄ et p oĩb9 satisfiat. Nõ est aũt obliuiscendu3 q̄tiēs de sepultur; hmõi agat̄ cadaue ra insepulta excõicato℞ esse: ⁊ morte turpissima damnato℞ et eo℞ qui amicos nõ habent aut sacerdotes qui extremũ il lud humanitatis sepulture vi delicet eis impendãt obsequi um. Aut qd veri9 est iter mor tuos mortui sunt. viui eñ spe ctacula mortuorũ nõ sustinēt neq3 mortui feras vel aues vl' a se vel ab aliis abigũt. Qua liter aũt nulli funeris sibi põ pam faciũt ⁊ ambitionē sepul chri: sepulchra q̄ in sublimi si bi extruãt nõ solũ corpal'r sed put pñtem ad locũ attinēt ce teraq3 maledicta℞ sepultura rũ officia hic ex industria p̄te rimus vt ea lati9 ex ordie q̄ñ memoria mortuo℞ agit̄ in de clamatõnib9 ad pp'lm siue ex hortationib9 ↄseq̄mur. Nũc aũt reuertamur ad textũ Jo. quo dicit̄. (Venit aũt et Ni codemus q̄ venerat ad Jesũ nocte p̄mũ ferēs mixturã mir re ⁊ aloes q̄si libras centum) Dua℞ ista℞ specie℞ mirra cõ seruãtia est. aloes v̄o ↄseruati uum sil' ⁊ purgatiuũ. In mir ra igit̄ sollicitudinē ⁊ cautela3 cõgrue accipimus: q̄ mala q̄ dem si inferunt nõ expurgat aut eiicit. sed q̄ min9 adueni ant obsistit. Sic et pñtes mo lestie mundũ q̄dem ⁊ pu℞ ser uant cor a v̄mibus cõcupiscē tia℞ ⁊ putredine voluptat; et oĩno arcent ⁊ abigunt ⁊ q̄ mi nus se ingerunt valide q̄dem obsistunt Cor aũt vomitũ cõ fessiõis nisi occasional'r laxa re nequeũt. Aloe igit̄ qd vtrã q3 virtute3 obtinet.s. cõserua tiuã et purgatiuam: ⁊ sacra ex hortatio ⁊ viua℞ mortis me moria et timor dñi cõgruēter accipit̄. Q aũt sacra exhorta tatio ↄseruatiua sit ex libro sa piētie in.xvi. palam est. vbi dr

Sermo tuus eos q̄ in te cre diderūt ꝯseruat. Q̄ aūt ⁊ pur gatiua sit ibidē dicit. In me moria sermonū tuoꝝ extermi nabant. Et in euāgelio mlto tiens dr. Eijciebat spūs ꝟbo. Idem dicim⁹ et de memoria mortis. Unō illud Ecci. vij. In oīb⁹ opibus tuis memo rare nouissima tua ⁊ ī eternuȝ nō peccabis. Purgatiua etiā est. vnde Hieronim⁹. Facile cōtēnit oīa q̄ se cogitat mori turū. Cōtemnit.i.de corde ab ijcit. ⁊ hoc etiā oēs videmus qꝛ dum mors ipsa p̄sentit: vo mitus ꝯfessionis adest sentiē tibus. Unde et q̄b⁹ mors im minet maxīe ꝯfitent. Idē ma nifestū de.j. Ecci. Timor dñi expellit pctm̄ q̄si medicina la xatiua. Et ex ꝓuerbijs multꝭ locis.s.q̄ ꝯseruatiu⁹ sit timor manifestū est Primū ex. xiiij. Timor dñi fons vite vt decli net a ruina mortꝭ. ⁊ ex. ij. Per timoreȝ dñi declinat oīs bō a malo. Et ī. xvj. In timore de clinat a malo. Et in. xiiij. eius dē. Timor dñi ad vitam. ⁊ in plenitudine cōmorabit absq̄ visitatōe pessimi q̄si a deo cu stodita dom⁹ cordis ⁊ ad illā accedere nō ꝑmittat pessimū.

Misceri igit debent inuicem mirra ⁊ aloes: qm̄ altera inef ficax est ꝑ se. Ista igit sūt que in sepultura corpis dñi Jesu qd vtiq̄ ecclia adhibere debēt Joseph ⁊ Nicodem⁹. i. p̄ lati ⁊ doctores. ꝓpter hoc eniȝ ōguerūt vermes ꝓ maiori ꝑte eccliam dei. qꝛ sepultura eius ioseph ⁊ nicodem⁹ nō assunt q̄ mixturā mirre ⁊ aloes adhi beant. Nō attēdūt multi p̄la toꝝ dñici corpis qd est ecclia sibi sepulturā incūbere. ⁊ idō nec mirrā nec aloen p̄parant: aut si alteꝝ p̄parāt non cōmi scent. Debent aūt de mirra et aloe misceri libre cētū. nō em̄ quarta ꝑte vn̄ tm̄ corp⁹ cōdi re poterit: neq̄ trib⁹. aut trib⁹ salis granis salliri: maiorē ꝑtē in veritate putrefieri ⁊ a ꝟmi bus ꝯsumi velle vident q̄ de aromatib⁹ qd vix ecclia mi nori pti corpis cōdiendi suffi ciat si tm̄ aliqd p̄parāt. sȝ vt se pe dixim⁹ corp⁹ dñi iesu. i. ec clesia corpe illo qd ī cruce pe pendit sacratissimo lōge p̄cio si⁹ ⁊ ipsi xp̄o dño cari⁹ canib⁹ feris et auib⁹ nō tā exposuisse q̄̄ apposuisse vident ad depa scenduȝ putredinicq̄ ⁊ ꝟmib⁹ horribilr ⁊ inhūanissime reli

quisse. Idē ꝯfessoribꝫ atq̃ do ctoribꝫ dicimus q̄bꝫ debet eē de penitētibꝫ cōdiēdis matie mixtura hmōi aromatū sum ma diligētia. Alioq̄n ipos q̄s occiderint bestijs infernalibꝫ putredinicq̃ et vermibꝫ velut diabolici coci merito videnť q̄scunq̃ salubriter occiderint occidisse ꝛ ad comedendū p̄paraſſe, cū em̄ occidiſſe vidē tur mortuos q̄bꝫ eos comedē dos apponūt. In centenario ꝓo librarꝫ sufficiētia intelligiť atq̃ ꝑfectio hmōi cōdimenti. Quicq̄d eniꝫ aromata hmōi nō occupāt ꝛ ꝯdiūt: putredo et ꝓmes statim inuadūt, ꝛ i il lud bestie infernales statiꝫ in siliunt et incursant. Aromata ista nō solū sunt ad ꝯuersatio nē noui hōis ꝛ ad ꝯsumptōeꝫ veteris. sed etiā ad toxicū be stiarꝫ: quēadmodū carnes aui um aut bestiarꝫ solēt liniri to xico ad toxicādos ꝛ occiden dos lupos. Ideo ꝛ viros san ctos mltotiēs ꝑ suggestiones et tētatōes mordere formidat diabolus q̄si mirraꝫ ꝛ aloe in eis timeat ꝛ escā mortiferā at q̃ toxicatā eos reputet. Cum aūt dr (q̄si libras cētū) q̄r i cēte nario intelligiť ꝑfectio vsq̃q̄ cōpleta q̄ vtiq̃ patrie ē, addiť ibi q̄si libras cētuꝫ: vt silitudo scꝫ cumlate ꝑfectōis: n̄ aūt ipa ꝑfectio nobis hic q̄rēda et ser uāda insinueť. Silitudo tñ i telligiť lōge dissilis ꝛ a cōple ta ꝑfectiōe oīno remotissima.

Moralr aūt sic vnicuiq̃ fa ciendū est penitēti, ꝛ vnicuiq̃ veteri vite mortuorꝫ. Aroma tibꝫ em̄ istis cōdire se debent. Unde ꝛ bñ dr sicut mos ē iu deis sepelire. Mos em̄ est ve raciter dei bñficia et mala ꝓ pria recognoscētibꝫ qd̄ sonat nomē iudeorꝫ: se non aliter q̄ȝ cōditos ꝑfectōe, ꝑ ꝑfectōe vie aromatibꝫ sepelire Egiptiorꝫ et babiloniorꝫ ceterarūq̃ ifer naliū natōnū cadauera fetorē spūalis abominatōnis ꝛ infa mie intolerabilē emittūt. ꝛ ꝓ pter hoc ꝛ tot aera sue inhabi tatōis inq̄nāt ꝛ corrūpunt, vi ri ꝓo sācti odorē viuificū: a ro maticāq̃ fragn̄tiā spūalibꝫ sa nisq̃ naturalibꝫ latissime spar gūt, vn̄ Geñ, xxvij. Statimq̃ vt sensit vestimētorꝫ fragrātiā benedicēs ait. Ecce odor filij mei sic odor agri pleni cui bñ dixit dñs. Et i Cāti. fere ꝑ to tū. Uince inq̄t florētes odorē dederūt. Et i. ij. ꝛ i. vj. Que est

ista q̄ ascēdit p̄ desē. sicͭ vir. fu. ex aro. mir. thu. ⁊ vni. pul. pi gmētarij. Et Eccl. xlix. Me moria iosie in cōpositōe facta est. op⁹ pigmētarij ī oī ore dul corabitͭ. Figura ḡ maloꝝ q̄ ex asperāt q̄ ībitāt in sepulchꝛis hoc ē cꝫ aspect⁹ eoꝝ est sic pu tridoꝝ sanie diffluētiū fetore intolerabiliū. Nihil em̄ alid sunt op̄a mala ex corruptōe ꝺ prauitate voluntatꝭ q̄ꝫ sanies ex putredine diffluētes. neqꝫ vt Job testa discipline ⁊ hūi litatꝭ saniē hmōi studēt abra dere. imo fluxu ei⁹ ampli⁹ se in q̄nāt ⁊ in eo seipsos insanissi me horribilissimeqꝫ volutant ⁊ qđ extreme ignominie spur cicieqꝫ est saniē hmōi lingunt nō solū dū linguaꝫ spurcicijs suis p̄ iactantiā applicant. sed etiā dū in eis delectantͭ. vn̄ et lecatores a lingendo vulgari ter dicti sunt. Hi sūt amalech sanguinē lingentes q̄ ⁊ sanies op̄ti ꝟmib⁹ ī sepulchꝛis iacēt. sicut legitͭ in. xiiij. Esa. Sub ter te sternetͭ tinea: ⁊ opimētū tuū erūt vermes. hoc est culci tra eius. ⁊ hoc ei⁹ coopꝫtoriū Non bene p̄parati sunt in ci bis dn̄i ⁊ nō mirū si eos abo minatͭ et a mensa sua repellit

dn̄s q̄ꝝ aspect⁹ spūalib⁹ oculꝭ lōge intolerabilioꝛ est q̄ꝫ silitu dines q̄s nūc dixim⁹ corꝑales corꝑalib⁹ oculꝭ eē possint. ¶ aūt sequitͭ in ꝟbis Jo. (Ac ceperūt ḡ corp⁹ iesu ⁊ ligauerīt cū lintheis ⁊ cū aromatibus) Pro q̄ math. ⁊ mar. ⁊ Lu. h̄nt (syndoneꝫ sicͭ mos ē iudeis sic sepelire) Recte dꝛ ligauerīt cuꝫ lintheis. Pro q̄ alij h̄nt: īuol uit syndone. qꝛ ḡ in lītheis p̄ pter candorē ⁊ laboreꝫ multi plicē p̄ducendi ad illū ꝟtutes purificatiue. i. q̄ꝝ studiū ⁊ la boꝛ officiūqꝫ est pctōꝝ inq̄na mēta dilucre merito accipiūtͭ Recte dicͭ ligauerūt eū lītheis qm̄ hmōi ꝟtutib⁹ nō solū dl luitͭ oīs feculētia vicioꝝ ⁊ ab stergitͭ: sed eis velut funib⁹ ve tus hō ligatͭ: vt nec ambulare nec se mouere ꝯtra nouū ho minē possit. Hec em̄ virtutes vincl'a sapīe p̄prie dicuntͭ i. vj Eccl. de quib⁹ ibi dꝛ. Et vin cula illius alligatura salutarꝭ et iteꝝ: ne accideris in vinculꝭ illi⁹. Quia ꝓo ad lr̄am ligatio hmōi facta ē vt aromata cor pori dn̄ico circa ip̄m corp⁹ ar ti⁹ strīgerentͭ ⁊ eidē p̄ssi⁹ ad he rerēt ne. s. aromata dispgerētͭ et inuacuū essent apposita: me

rito in lintheis ꝟtutes ille cō-
gruētius accipiunť q̄ ceteras
nobis artiꝰ astringūt atq̧ cu-
stodiūt:q̄lis est amor ipse vir
tutū:dei timor: ꝛ circūspectio
nis sollicitudo:ptes discipli-
ne:oīs zelus sctūs:specialr ta
mē pudicicia ꝛ innocētia lin-
theoꝝ noīe intelligi solent. ꝛ
hoc videnť sonare ꝟba Ma
thei q̇ dicit (Inuoluit illud in
sindone mūda) Hec est sindo
nis illa de q̄ legiť in vlť. Pro-
uer. Sindonē fecit et vēdidit
mulier fortis q̄ dei sapia intel
ligiť aut ecclīa ꝑmitiua. Sin
donē q̇ dē fecit ꝛ netrix textrix
optima. hoc em̄ cōgruit mu-
lierib⁹ nere et texere saltē vnď
sibi vestes lintheas faciāt in-
nocētie. s. ꝛ pudicicie: cogitan
do. s. nere deliberādo ꝛ ꝯsiliā-
do ordiri:operando texere: re
tractando et decorādo ruga-
re simul ꝛ cōplanare sindonē.
Ve mulieri q̄ de tota nectura
sua atq̧ textura verecūdiora
sua saltem opire nō pōt. Hu-
iusmodi aūt sepulture ꝯsonat
nostre sepulture modus: q̇ ꝓ
sindone sudario corpora mor
tuoꝝ nostroꝝ inuoluim⁹. aro
mata ꝟo nisi magnatū corpi-
bus nō adhibenť. Sine igiť

honore sepeliť ꝛ ad extremuꝫ
artissimūq̧ pauptatis dedu-
ctus est q̇ nec tantū habet de
panno lineo vt vulgo diciť q̇
corpus suū in morte opire va
leat. Sudariū em̄ est quo ni-
hil ampliꝰ nisi fortasse aroma
ta de tota diuitiaꝝ suaꝝ opu-
lentia ꝛ magnificētia secū de-
ferūt de vita ista magnates ni
hil minꝰ:nihil miꝰ paupes: ni
si q̇ vt diximus extremo pau-
ptatis angustati:cū ignomini
ose ꝛ pauprimeq̧ moriť spūa
liter neq̧ iudeoꝝ more sepeliť
q̇ sindone mūda ꝛ sudario cā
doris non inuoluiť ꝛ lintheis
cū aromatibus vt dixinꝰ nō
ligatur. Hac sindone munda
inuoluendū est totū corpꝰ Je
su misticū. q̄ tandē cōmutan-
da est in byssinū cādidū ac re
splendens glie: ꝛ nūc etiā no-
mē illď retinet sicut legiť Apo
cal. xix. Datū est illi vt coopi-
at se bissino cādenti ꝛ splendi
do. Bissina em̄ sunt iustifica-
tiōes sctōꝝ. Nicodemꝰ ꝗ̄ et io
seph docere videnť corpi dn̄i
co qď est ecclīa: ant ipa oblita
ē nēdi texēdiq̧ bissū artificiuꝫ
ꝓ maiori pte. Appent ei ꝟecū
diora eiꝰ iuxta dn̄i cōmiatōeꝫ
i Esa. ꝛ iere. ꝛ ezech. vñ ezech.

xvj. Derelinquēt te nudā ple-
namq̄ ignominia ad nenduz
stuppas ⁊ sordes araneaꝝ to-
tā fere se dedit q̄ digitis regijs
nec etiā ꝯtrectāda essent. auꝝ
em̄ ⁊ bissum nere ⁊ ꝯtrectare
tāte regine decet digitos. Nō
est ligatum hodie corpus dñi
iesu lintheis in pte illa. sed fu
nibus q̄bꝰ distrahat̃ ad pati-
bulū. de quibꝰ legit̃ in. v. Pro
uer. Iniq̃tates sue capiūt im
pium ⁊ funiculis pctōꝝ suoꝝ
q̄sq̄ ꝯstringit̃. ligatū est p fa-
sciculos ꝯiurationū: cōspira-
tionū: pessimorūq̄ fauoꝝ at-
q̄ cōsensionū. Possumus ⁊ il
lud dicere q2 dissolutum est ⁊
ideo dispsa aromata: dirupta
vincula ⁊ pudicicie innocētie
q̄ sindonis sublata. Ideoq̄ ĩ
locū aromatū spūaliū. i. vtu-
tum putredo ⁊ vmes irrupe-
runt. Desunt em̄ manifeste sa
cerdotes hodie corpi dñi Je
su: deest cōdimētū: deest sepul
tura. Si em̄ de sepultura cō-
templatōis illud interpťari li
beat: recte ꝯgruit inuolutam
esse sindone munda quā dixi
mus ligatā lintheis: conditā
aromatibꝰ q̄ sanctuariū scptu
re tēpluq̄ cōtemplatōis igre-
dit̃. in quibꝰ tria nobis virtu
tum officia effectusq̄ mōstrā
tur. Sūt em̄ ⁊ vestes qđ ĩ sin
done signat̃. et hoc ad subsidi
um. ad psidiū vt arma ptectō
nis. ad decorē et ornatū vt ve
stis nuptial: atq̄ festiua. Iste
em̄ triplex vsus vestiū triplex
q̄ comoditas: illis ligamur.
Sunt em̄ ⁊ vincula captiuo
rū ⁊ ligature vasoꝝ vt varios
liquores graꝝ ꝯtineāt. Sunt
⁊ alligature vulneratoꝝ. Pro
pter qđ dicit̃ in. vj. Ecci. In
vinculis illiꝰ alligatura salu-
taris. Sunt em̄ nō solum sa
nitas sed etiā medicamentuz
vulnerū ⁊ morboruz. Tercio
loco dicit̃ cum aromatibꝰ. q̄a
sūt ⁊ aromata virtutes et hoc
ad ꝯdimentū puritatis et cō-
seruatōnis: ad suauitatē odo
ris atq̄ saporis: ad vtilitatem
sanationis. Hi q̄ppe sunt tres
vsus aromatuz. Signant̃ et
alia tria in tribus his. Spo-
liati em̄ veste innocētie p pec
catū ade vt ostendit̃ in. x. Lu.
đ illo q̄ incidit in latrones: p
pter spoliatōem seu nuditatē
indigniꝰ inuolutatione sindo
nis: ppter aĩalitatis furiosita
tem sapīe vinculis. ppter vul-
nera ⁊ corruptionē virtutum
aromatibus: ad ꝯdimentū. s.

odoris et medicinā. Sindo-ne igit̄ inuoluendū est corp⁹ iesu misticū.i.eccl'ia: vt decore exterioris ornat⁹ et interioris deo et hoīb; placeat. Ligāda vnitate charitatis atq; cōformitatis: vt eā nec heresis nec scisma nec dissensio diuidat. Cōdienda aromatib;: vt sanitate valeat ꝛ dei narib; ꝛ palato redoleat ꝛ sapiat. ꝛ hoc sil'r ad vnāquāq; fidelē aīam referim⁹. Moral'r etiā aliter sindone mūda corpus dn̄i Jesu inuoluimus: cū sacramētū altaris cōicantes tota puritate cordis illud suscipimus: epulantes in azimis sinceritat̄ et veritatis. Cum lintheis ip̄m ligam⁹: dū sincero timore castisq; desiderijs nos ei alligamus atq; tenaci⁹ inheremus sicut illa dicebat in Cant. viij Tenui illū nec dimittā. Aromatib; cōdim⁹ dū vel sic conditi illū suscipimus. vel dum oīm grāꝝ aromata in ipsa ei⁹ pceptione spūal'r sentimus atq; pcipim⁹: q̄ bene aromatib; cōdit̄ qn̄ simul oīm ꝟtutū sapor atq; suauitas cū eo pcipitur ꝛ in eo pcipit̄. Est em̄ panis oīe delectamentū ꝛ oēm suauitatē saporis habens. vt legit̄ Sap̄. xvj. Quid aūt aliud intelligi pōt oē delectamētū ꝛ oīs suauitas saporis in illo nisi oīs gr̄e suauitas spūal'. Vel pōt sindonis referri ad gratiā q̄ꝛ nutrix oīm grāꝝ. vt dr̄ i. xvj. Sap̄. Nouellos adhuc ꝛ teneros partus inuoluit eccl'ie ligatura ad doctrinā. Unde Ecc̄i. xxj. Compedes in pedib; stulto doctrina et q̄si vincl'a manuū sup manū dexterā. Aromata ꝟo opa sunt discipline q̄bus ꝛ putredo corruptōis abstergit̄ atq; cōsumit̄ ꝛ vermes vicioꝝ arcent̄. Hoc em̄ est vnum ꝛ solum discipline studium ꝛ officium sc; contra fomitē nostre corruptiōis ꝛ vicia que de ea oriunt̄ bello implacabili p̄liari. Sequit̄ in verbis Johannis. (Erat aūt in loco vbi crucifixus est ortus) Mistice ortus iste eccl'ia est in qua ip̄e ītegre. i. cum mēbris suis crucifixus est spūal'r. Ipse q̄dem psonal'r quo ad vetustatē pene. mēbra ꝟo eius vniuersaliter quo ad vetustatem culpe. Ibi ḡ vbi ortus ꝯclusus ꝛ ortus voluptat̄ atq; paradisus terrestris est: crucifixus ē dn̄s Jesus. q̄ꝛ ortū istū irrigatōe

sui sanguis fecũdauit. Moraliter vero quia xp̃s dñs vt ab initio diximus in ipsa passiõe in eis q̃ ad passionẽ ptinẽt typum gerit penitẽtis z pctõris Recte dicitur erat in loco vbi crucifixus est ortus: q2 vbicũqz p imitationẽ crucifigit qd est p pniam aut disciplinã est ortus. sicut dicit Esa. li. Ponet desertũ eius q̃si delicias z solitudinẽ eius q̃si ortum dñi Desertum est q̃ppe z solitudo miser pctõr anteq̃ spias z tribulos z vrticas viciorũ de eo velut fossorio penitudis de9 agricola auulserit anteq̃ omnia ligna paradisi: ligna. s. donorũ atqz virtutũ in eo plantauerit: anteq̃ oĩ decore z fragrantia florũ spũaliũ vernãtissimũ illũ z deambulatõe dignũ effecerit. De hoc eodẽ eiusdem lviij. Et eris tu q̃si ortus irriguus cuius nõ deficiũt aque cum prius dicere posses Anĩa mea sicut terra sine aqua tibi. Et iterũ Canti. iiij. Ortus cõclusus fons signatus: emissiones tue malorũ punicorũ cum pomorũ fructibus. Vel p cõtrariũ in omni loco in q̃ crucifixus est cruce peccati in q̃cũqz eorũ qui mẽbra eius esse debuerant: ortus est vane voluptatis. Queadmodũ eñi vbicunqz vetus homo crucifigit molestie sunt: sic z vbi nouus homo crucifigit delicie sunt. Maxime eñi delicijs nouus homo crucifigitur et occidit. Unde z adam in ipso paradiso voluptatis patibulo peccati affixus est: z prim9 angelus in paradiso q̃ddaz naturalis felicitatis supbie sibi erexit patibulũ. Hoc igit ita vt h scriptum est scz q in loco dominice crucifixionis erat ortus: vt nos a presentibus delicijs scripta deterreat: z in orto huiusmodi vel iuxta ortũ qd magis litera sonare videtur peccati patibulum aut eternorũ suppliciorum esse insinuet. Q̃ ergo expauentaculum dominice crucifixionis z passionis in huiusmodi orto, vel prope illum eiectum esse ad nos inde absterrẽdos scriptura hic edocet. Possumus tñ intelligere ortum istum eternarũ deliciarũ qui a deo ppinquus est dñice passioni vt nihil omnino interesse possit. Nõ solum eñi ipse psonalr absqz vlla remẽoratiõe d cruce ĩtroire posuit ĩ illũ, sed et iter crucẽ pnie

ad illum deo oīno nihil inter est vt de ipsa cruce pnīe absq3 vllo medio pateat ingressus. neq3 eñ inter crucem pnīe et illū medius est ignis purgatorius qui potius pnīe hic incepte est pars atq3 suppletio, ꝛ ꝓpter id solus expurgādus creatus atq3 succēsus qđ hic penitentia incepta ꝛ inexpleta ñ diluerit, bene ergo dꝛ qđ vtiq3 cogit litera ꝙ ī loco vbi crucifixus est erat oꝛtus: large et ample locū intelligēs: vt non solum caluariam cōpꝛehēderet: sed ꝛ oꝛtum caluarie vt ex litera apparet. Mistice ꝟo locus in quo crucifixus est sinagoga intelligit̄ et pctōꝛ ꝭm statum ꝑterite iusticie. Moꝛaliter in illa erat oꝛtus magnus et copiosus electoꝝ atq3 fidelium cetus. Simil'r ꝛ in peccatoꝛe erat oꝛtꝰ anteq3 in illo spiritualiter: in illa ꝟo personaliter xp̄s dn̄s crucifigeret̄. nūc aūt versa est in desertum: ꝛ illē in solitudinē, sicut plane dicit̄ in. ij. Johelis. Quasi oꝛtꝰ voluptatis terra coꝛam eo. i. añ aduentū eius diaboli sc3 ꝛ pꝰ eum. i. post aduentū eius ꝛ trāsitum ꝑ eā quasi solitudo deserti. ꝛ hoc est quod dicit in ꝑmo eiusdem. Posuit vineam meam in desertū ꝛ ficū meu3 decoꝛticauit: ꝛ vbi dicebat̄ ꝓ us filij dī viui: dꝛ nunc: plebs mea vos: sicut et in ecclesia ꝓ maioꝛi ꝑte dici potest hodie q̄ de oꝛto voluptatꝭ versa est in caluariā. i. in locu3 dn̄ice crucifixionis dum in ea spūal'r q̄tidie xp̄s dn̄s crucifigitur: vt sepe iā diximus. (Erat in oꝛto monumētū nouu3 in quo nō dum quisquā positus fuerat) quod Lucas vocat (excisum) Marcus (excisum in petra) Monumentum autem ꝛ sepulchꝛum idē esse nemo dubitat. sed sepulchꝛu3 a sepiliēdo. ꝛ monumentum a monēdo siue ab eo qđ est memini. quia sc3 spectātes de fine suo ammonet ꝛ de sepulti vita ꝑterita facit eosdem memoꝛes. Jam aūt ptransiuimꝰ de hoc et diximus quia sepulchrū ipsum pctm̄ est. Sepulchꝝ quidem noui hoīs nō q̄dē in q̄ quiescat. sed in q̄ vermibꝫ vicioꝛum depascit̄ atq3 cōsumitur. imo iam totus absumptꝰ est ita ꝙ nihil deo appareat nisi cinis. Unđ in. xj. Sap. Cinis est coꝛ eius. Cinis aūt nō est nisi vestigium ꝛ reliq̄e pu-

trefactōis ⁊ incēdij. Fm igitur huc modū bñ ꝯgruit morali i telligētie ꝙ in orto erat monumentū. In orto em̄ vane voluptatis sepulchrū est mortuarū aiarū scȝ pfūditas in qua putrefiāt ⁊ ꝯsūmant. Hec sūt sepulchra cōcupiscētie q̄ fuerāt filiorꝝ israel in deserto vna ex māsionibꝫ. Alio mō in orto eterne voluptatis sepulchꝝ intelligit opulēte q̄etis atqꝫ secure receptaclm̄. Utrūqꝫ tm̄ istorū monumētorꝝ dr nouū. Illud q̄dem: q̄a ibi noua sūt oīa ꝓpter vltimā elōgatiōeȝ a fine ⁊ morte oiqꝫ defectu. illud ꝟo ꝓpter adinuentionē et mōstruositatē. pctm̄ em̄ oē adinuētio est ⁊ monstꝝ. Opa em̄ nature ⁊ grē antiq̄ poti⁹ eē vident ex q̄dā mō. vñ in. j. Exo. Surrexit interea rex nouus sup egiptū q̄ ignorabat Joseph, rex scȝ factici⁹ atqꝫ fictici⁹. Unus em̄ est rex natura ⁊ ꝟitate. cuius regnū: regnum est oīm electorꝝ. Adinuenticij igit reges atqꝫ facticij ⁊ iō noui q̄ nō naturales sūt. Antiq̄ssim⁹ em̄ et pm⁹ hmōi regū diabolus ē q̄ tm̄ ibi rex nou⁹ dr. Silr ⁊ i. vj Jere. legit Interrogate de semitis antiqs q̄ sit via bona, q̄i noue et adinuēte vie non sint bone. Qd aūt dicit (in q̄ nōdū q̄sqꝫ posit⁹ fuerat) Ad hoc ipsum referenduȝ est. Uel iō q̄a vnusquisqꝫ ꝯcupie sue sepulchrū imo ꝯcupiaꝝ sepulchra de q̄bꝫ legit in. xxxiij. Nume. sibi excidit. ⁊ hoc in petra duricie sue siue obstinatōis. que petra. s. sola diuia virtute confringit. Qm̄ aūt p Joseph q̄ corpis dñi iesu qd est ecclesia liberatōem de cruce pctī simlr ⁊ pñtis miserie: ab illo sūmo pilato impetrauit: xp̄s dñs accipit merito ⁊ p ortum padisus celestis intelligit: in q̄ ⁊ monumentū hoc est abditū abscouditūqꝫ q̄etis ⁊ securitatis receptaculū sinagoge q̄ ad forinsecam electōem atqꝫ vocatōem q̄si ꝓprio corpi parauerat. sed eccliam q̄si corp⁹ alienū: sȝ tm̄ suū p charitatis vnioneȝ effectū: in illo sepelit hoc ē a pñti vita ⁊ ei⁹ tumltibꝫ atqꝫ turbationibꝫ abscōdit. Qd aūt in petra illud excidisse dicit intelligēdū est in petra vtiqꝫ eterne soliditatis. exciso ꝟo ad difficultatē nr̄e excisionis in lapides viuos in structurā dñici edificij referēda ē. Queadmodū igit idē est ꝓsus seruituteȝ

